

scholijs ad rubr. de restit. spoliat. dict. versic. Ad text. in *l. Bona fides* per verba ibi: *Anton. Faber. in rationali ad hanc legem, ubi rationem præbet; quia justitiæ ratio postulat, ut restitutio illi fiat, qui fortius ius habet, qualis est dominus, & non fur: & in præsentia concurrunt non solum contrahentes, sed tertius dominus rei, omnium ratio justitiæ est considerata; ut ipsemet textus inquit, ibi: Ex omnibus personis, quæ negotio isto conjunguntur.* Et inferius ibi cõfirmat Præceptor Sapientissimus ex simili decisione in materia spoliij, cujus verba suo loco referemus

50 Verum prædictus intellectus nec cum rationali Fabri aperit rationem decidendi, cur tertius dominus auditur, & restituitur; cur in terminis textus omnium ratio, & justitiæ considerentur, quando contrarium decedit Jureconsultus in *dict. l. 1. §. Item Pomponius 7. ff. nautæ caupon.* quæ potius sequutus fuit Legislator noster *dict. tit. 54. dict. §. 4.* excludendo tertium, qui dominium allegat.

51 Sextus intellectus respondet ad textum in *dict. l. Bona fides*, quod in terminis illius, deponens repetit depositum, intentatâ actione ex contractu depositi, & sic usus fuit petitorio judicio: unde cum in ipsis terminis cesset favor judicij possessorij, nihil mirum, quod audiatur tertius opponens de suo dominio, & de eo judicari debeat: ita Insignis *Barbos. in dict. l. Si alienam 12. num. 10. ad fin. ff. solut. matrim. & numer. 21. cum Alciat. & gloss. in dict. l. 1. dict. §. Idem Pomponius ff. naut. caupon.*

52 Ex quo intellectu, si verus esset, bene responderetur ad argumentum, de quo agimus, & bene comprobatur negativa sententia, quam defendimus; si quidem ut diximus à *num. 19. cum seq.* cessat omnino repugnantia, & incompatibilitas judicij ex natura actionis, quæ sola rejicit tertium venientem cum materia dominij; quia cum in terminis prædicti intellectus deponens agat petitorio, & non possessorio, per consequens agit

ordinariè; & in ordinario judicio, non est quod impediatur tertium cum oppositione dominij, similiter ordinariâ. *Ord. lib. 3. tit. 33. §. 6.*

53 Verum, à prædicto intellectu recedit idem *Barbos. in dict. l. Si alienam dict. num. 21.* sentiens, quod id ipsum juris procedit quando deponens agit actione depositi, & non rei-vendicatione: & probat ex *L. 1. §. Si prædo ff. depositi.* Habet enim deponens actionem privilegatam, ne retardari possit: prout ex *text. in l. Pen. Cod. deposit. & Ord. lib. 3. tit. 33. §. 4.* diximus supra *num. 38.* pro quo facit *Ord. lib. 4. tit. 78. §. 1. & 2. & 6.* Et etiam habet privilegium procedendi in eo summarie *Ord. lib. 3. tit. 30. §. 2.* Extollit *Com. de Moraes de execut. lib. 2. cap. 22. numer. 30.*

Affertur vera interpretatio ad text. in dict. l. Bona fides, ff. depositi.

54 **T**Ota hæc interpretationum varietas facile confundit, si non attendatur veritas: Vel enim in terminis textus in *dict. l. Bona fides 31. ff. depositi* acturus est deponens actione ordinariâ depositi, ut facere potest, & tenet textus intellectus, & supponit *Ord. lib. 3. tit. 30. §. 2. ibi: Nam serâ o Actor obrigade.*

55 Quanvis rei-vendicatione in illis terminis agere nunquam possit, quia prædo erat, ut ibi constat, qui dominio utique carebat: ex *l. Qui Vas §. Si ego & l. Cum qui §. Julianus ff. de furtis. Cardos. in prax. verbo furtum num. 23.* Sed ex contractu, actione depositi, de qua totus *tit. ff. & Cod. depositi:* & probat *text. in dict. l. Bona fides* ibi: *Hæc est bona fides, ut commissam rem recipiat is, qui dedit.*

56 Vel acturus est actione summaria

riã, ad hoc, ut sibi restituatur possessio rei depositæ, ut etiam facere potest, per ea, quæ diximus supra à num. 13. & dicit Legislator noster lib. 3. tit. 30. dict. §. 2. Quia depositarius ibi quasi spoliū committit, prædoni denegando restituere: sentiunt DD. citati supra numer. 13. & sentit Fermosin. ad. text. in cap. in literis. 5. de restit. spoliat. quæst. 8. num. 1. & 7. & in cap. item cum quis, eod. tit.

57 In quocunque casu, dominus, qui tanquam tertius venit oppositor, habet æquè similem, æquè privilegiatam, & æquè summariam actionem in terminis illius legis: competit enim domino interdictum vi bonorum raptorum contra prædonem, & rei persecutorium, ut sibi restituantur res ablatae: ex l. 1. §. 2. ff. de vi bonor. raptor. l. 1. §. Illud. ff. de vi, & vi armat. Cardos. in prax. verbo Interdictum num. 19. Menoch. recuper. remed. 1. num. 41.

58 Comprobatur: quia in terminis textus in dict. l. Bona fides, domino non fit restitutio ex actione ordinariã rei- vendicationis, quæ non est æquè privilegiata: quia ibi non fecit Jure consultus fundamentum in probato dominio: sed faciendam dicit domino restitutionem, quia egit Interdicto vi bonorum raptorum, probando furtum, patet ibi: *Mibi reddenda sunt, quæ factis scelestissimo adempta sunt.*

59 Itaque, cum actio Interdicti vi bonorum raptorum sit æque privilegiata, sicut actio depositi, ut diximus, & secutus fuit Legislator noster lib. 3. tit. 30. §. 2. ibi: *Roubo, guarda, & deposito;* & lib. 4. tit. 78. §. 1. & §. 2. & §. 6. ibi: *Assi como se fosse demandada quantidade posta em guarda, & deposito, que he cazo privilegiado, & fosse allegada compensaçam de outra quantidade roubada, ou forçada; porque entam deve se fazer compensaçao de huma a outra:* exornat Gom. de Moraes lib. 2. de execut. cap. 22 num. 31.

60 Merito, cessante repugnantia ju-

dicij, & incompatibilitate actionum, admissus fuit tertius cum actione æquè privilegiatã in terminis text. in dict. l. Bona fides: & concurrentibus actionibus æquè privilegiatis, merito dixit Consultus, omnes audiendos fore insimul eodem judicio, patet ibi: *Si totius rei equitatem, quæ ex omnibus personis, quæ negotio isto conjunguntur.* Coniungi enim deberent agentes, cessante repugnantia actionum, sive ipsius judicij, & intervenientibus æquè privilegiatis actionibus ex reg. Ord. dict. lib. 4. tit. 78. dict. §. 6. Moraes sup. dict. cap. 22. dict. num. 31.

61 Aliter se res habet in terminis text. in dict. lib. 1. §. Pomponius 7. ubi minime constat res illatas subreptas fuisse ab inferente, seu deponente; neque dominium ibi habuisse actionem privilegiatam, neq̃ Interdictum vi bonorū raptorum; & tantum ei competere posset reivindicatio, quæ non habet privilegium impediendi restitutionem rei depositæ, seu illatæ, ut ibi dicit consultus: *Etenim nobis, magis quam quorum sunt, debent solvi ff. naut. coupon.*

62 Ex qua interpretatione ad text. in dict. l. Bona fides 31. sive conciliatione cum text. in dict. l. 1. dict. §. 7. ff. naut. coupon. (Si sapientiores non despiciant, donec meliorem edoceant) non solum solvitur argumentum, de quo supra num. 11. sed imò potius retorquetur, & comprobatur sententia negativa, quam defendimus ex incompatibilitate judicij: num. 19.

63 Dum tamen, ex ipsa interpretatione, limites sententiam negativam in casu, quo tertius veniens ad iudicium, opponat cum actione æquè summariã, & æquè privilegiatã, qui sunt proprii termini text. in dict. l. Bona fides: ut ostendimus: ex qua etiam venit limitanda, & intelligenda Ord. dict. tit. 44. dict. §. 4. & limitationem confirmabis ex dictis sup. num. 25. cum sequentibus & num. 59. & ex ipsa Ord. dict. §. 4. quæ solum loquitur in casu, quo tertius opponit cum

cum materia dominiij, quæ requiret cognitionem ordinariam, ut patet ibi: *Visebe algum terceiro, que dicesse ser seu.*

DUBITATIO L.

An faltem probans dominium in continenti, impediatur tertius restitutionem spoliij?

SUMMARIUM.

- 1 **T**ertius cum dominio, non impedit restitutionem spoliij.
- 2 Dubitatur, an procedat, quando probet in continenti
- 3 Refertur sententia affirmativa, quam secutus fuit D. Emmanuel à Costa de Almeyda.
- 4 Ex qua sententia limitari debet, Ord. lib. 4. tit. 54. §. fin.
- 5 In continenti dicitur fieri arbitrio iudicis.
- 6 Vel probatio, quæ fit termino probatorio.
- 7 Vel, quando fit intra paucos dies, Verbi gratia, tredecim: ibidem. Vel triduum, secundum praxim: ibidem.
- 8 Vel probatio fiat, re integrâ, quia dicitur facta in continenti.
- 9 Probatur affirmativa sententia ex text. in cap. literas 13. de restit. spoliat.
- 10 Secundo, ex l. Si is à quo ff. ut in possess. legat.
- 11 Exceptio, quando admittitur, debet probari in continenti.
- 12 Actionum incompatibilitas dividit processum.
- 13 In causis summarijs admittitur pro-

- batio in continenti.
- 14 Probatio facta in continenti suspendit executionem.
 - 15 Causa executionis est summaria.
 - 16 Tertius habens interesse semper auditur.
 - 17 Tertius non auditur in causa summaria, nisi probet in continenti.
 - 18 Et audiatur summarie.
 - 19 Fundatur tanquam verior sententia negans, tertium probantem in continenti posse impedire restitutionem spoliij.
 - 20 Ord. lib. 4. tit. 54. §. fin. comprehendit casum spoliij.
 - 21 Regula inhaerendum, donec limitatio ostendatur.
 - 22 Otiosum non admittitur in lege.
 - 23 Iudex cuncta ruminare debet.
 - 24 Partes non possunt renuntiare juri publico.
 - 25 Nemo potest mutare ordinem procedendi.
 - 26 Partes non possunt consentire, quod in causa ordinaria procedatur summarie.
 - 27 Tertius de dominio semper audietur ex ordinariè, licet causa principalis sit summaria.
 - 29 Referuntur verba D. Emmanuelis à Costa.
 - 30 Interpretatur text. in cap. literas 13. de restit. spoliat.
 - 31 Interpretatur text. in l. Si is à quo 3. ff. ut in possession. legat.
 - 32 Non omnis tertius admittitur, quia vult probare in continenti.
 - 34 Distinguuntur casus, in quibus tertius venit audiendus, & quomodo?
 - 35 Tertius assistens auditur, quin teneatur probare in continenti.
 - 36 Tertius opponens cum actione aequè privilegiata auditur, quin probet in continenti.
 - 37 Tertius opponens cum actione ordinaria, in causa summaria, nunquam auditur.

- 38 Quia non potest probare in continenti, quando solus Princeps potest facere causam summariam.
- 39 Tertius opponens cum actione summaria, in actione ordinaria non admittitur.
- 40 Limita, si consentiat, quod ordinariè cognoscatur quid facere potest.
- 41 Tertius non admittitur, quando praesumitur calumnia.
- 42 Verbi gratia, in patre cum filio.
- 43 Intelligitur tamen calumnia.
- 44 Et limitatur, si probet in continenti.
- 45 Tertius in executione in casu, quo admittendus sit ex natura causae, prius debet probare in continenti: & quare.
- 46 Illustratur praxis, quae admittit tertium in executione, si probet in continenti: Vulgo embargos de terceiro.
- 47 Tertius, qui in executione actionis summariae opponit cum materia actionis ordinariae, non auditur etiam cum probatione in continenti.
- 48 Si tamen causa erat ordinaria, quanvis executio sit summaria, admittitur tertius, si probet in continenti.
- 49 Causa ordinaria solum in executione fit summaria, quoad condemnationem, non quoad tertium, cui non nocet sententia, sicut nec acta nocent, tanquam res inter alios.
- 50 Tertius opponens cum actione summariam in executione actionis summariae auditur, si probet in continenti.
- 51 Tertius opponendo in executione cum actione summaria, semper auditur probans in continenti.
- 52 Patet igitur, quod ex sola probatione in continenti non semper auditur tertius.
- 53 Illustratur Ord. lib. 3. tit. 20. §. 15.

- Et interpretatur à num 57. cum sequent. & 62.
- 54 Laudatur praxis, quae recipit exceptionem tanquam contrarietatem.
- 55 Praxis non observatur contra legem.
- 56 Lites debent breviari.
- 58 Exceptio requirens altiore indaginem, dicitur quae consistit in facto.
- 59 Quae quidem debet reservari ad definitivam.
- 60 Et quomodo? Et num. 61.
- 63 Quod solum procedit in exceptionibus peremptorijs.
- 64 Non autem in exceptionibus dilatorijs.
- 65 Quia de de dilatorijs semper pronuntiandum ante definitivam.
- 66 Quia solent esse praediciales causae, & iudicio.

I



Serebamus dub. preced. tertium probaturum de dominio, non impedire restitutionem spolijs ex rationibus decidendi, de quibus ibi à num. 13. & à num. 19. quam sententiam vidimus in praxi stabilitam, & in utroque senatu approbatam.

2 Verum enim vero, an praedicta sententia procedat etiam in casu, quo ipse tertius dominiū in continenti probare paratus sit? Dubium non leve est: & est quotidianum, de quo ideo venit disputandum, hac subsequiva dubitatione.

3 Affirmativa edocet sententiam Sapientissimus Praeceptor Emmanuel à Costa de Almeyda, in privatis scholijs ad rubric. de restit. spoliat. §. Ad text in l. Bona fides ibi: Si autem veniat tertius tanquam dominus, probato dominio, in continenti est audiendus, & illi restitutio est facienda, & non spoliato. Barbof. in dict. l. Si alienam 12. Fermosin. Granb. & alij supra relati, qui quidem Barbof. numer. 9. ita ait ibi: Tamen, si tertius

tertius vendicet rem tanquam illius dominus, impedienda est restitutio spoliati, dummodo dominium in continenti probare velit. Valasc. 2. part. conf. 162. numer. 6.

4 Quæ quidem sententia tantum continet textualis, & firmitatis, ut potens judicetur ad limitandam generalitatem Ord. tit. 4. lib. 54. §. fin. ita edocente Insigni Barbof. in dict. l. Si alienam dict. num. 9. in fin. ibi: Et ad hunc modum debet declarari Ord. lib. 4. tit. 54. §. fin. dum dicit rem esse restituendam illi, qui locavit, vel comodavit rem, non obstante, quod tertius opponat illam rem esse suam; nam debet limitari, nisi tertius in continenti velit probare suum dominium, quia tunc in prædictis casibus interim impeditur rei restitutio, & ibi num. 10. profequitur idem in casu spoliij.

5 In continenti autem dicitur probatio facta, quando fiat in eo tempore, quo iudex fuerit arbitratus ex sententia ejusdem Barb. in dict. l. Si alienam 12. num. 10. ff. solut. matrim. Menoch. recuper. remed. 1. num. 259. Nogueyrol alleg. 10. num. 13. Cancer. secund. var. cap. 16. num. 31. Carleval de judic. tit. 2. disp. 5. num. 21. cum pluribus, & tex. in l. 1. §. Item si ita ff. ad l. Falcid. Gomes de Moraes de execut. lib. 1. cap. 4. §. 3. num. 11.

6 Vel, quando probatio fiat in termino probatorio, qui conceditur ad omnem causam probandam, & terminandam: ex Bart. in l. 4. §. Condemnatum ff. de re judic. Menoch. recuper. remed. 1. num. 253. Cancer. 2. var. cap. 16. num. 34. Portug. 2. part. cap. 32. numer. 68.

7 Vel, quando probatio fiat intra paucos dies, quod ad tredecim extendit Farinac. relatus à Nogueyrol alleg. 10. num. 12. Carleval de judic. tit. 2. disp. 5. num. 19. ubi ex Bald. quod intra quinque dies, quod intra decem dies, quod intra duos menses, & ad triduum sententia in praxi recepta, de qua idem Me-

noch. recuper. dict. remed. 1. numer. 255. Maced. decis. 61. numer. 2. Phæb. 2. part. arest. 57. Gloss. ad Reynof. observ. 45. num. 19. Mend. lib. 3. cap. 21. num. 39. Pegas 1. forens. cap. 5. à num. 38. Guerreyr. de refusat. lib. 4. cap. 1. numer. 14. Carleval supra dict. numer. 19.

8 Vel, quando probatio fiat adhuc re integrâ ante restitutionem spoliij, quia probatio facta, re integrâ, dicitur etiam facta in continenti: Menoch. dict. remed. 1. num. 257. Molin. de Gusman. de verit. jur. verit. 36. num. 48.

9 Quocunque igitur ex prædictis modis dominium probatum in continenti existat à tertio opponente impedit restitutionem spoliij, retentâ hæc affirmativâ, & Magistrali sententiâ: quæ primo probatur ex text. in cap. literas 13. post medium de restit. spoliat. ubi impeditur restitutio ex probatione factâ in continenti: refert. Barb. in dict. l. Si alienam 12. dict. num. 9. ff. solut. matrim.

10 Probatur secundo ex text. in l. Si is à quo 3. ff. ut in possessionem legator. ubi reus conventus, si sit in continenti probare paratus, impedit actionem agentis ad hoc, ut utraque actio eodem iudicio, & sententiâ terminetur; refert, & arguit Barb. ubi supra dict. num. 9. inferens ad casum spoliij ibi numer. 10.

11 Probat tertio idem Barb. in dict. l. Si alienam 12. dict. numer. 9. ff. solut. matrim. per verba ibi: Et probatur ratione, quia in omnibus casibus, in quibus jus permittit exceptionem dominij obstare spoliato, exigitur, quod illa in continenti probetur; aliàs tanquam opposita ad differendam restitutionem spoliati non admittitur; verba transcripti, ut in illis inveniatur solutio argumenti.

12 Probatur quarto, quia tota ratio excludens tertium à probatione dominij in causa spoliij, consistit in repugnantia iudicij, & incompatibilitate actionis; spoliatus enim agit summarie de possessorio;

torio; tertius vero circa dominium aget ordinariè, ut diximus *dubit.* 49. à num. 19. & tenet *Phæb.* 2. part. *arest.* 13.

13 Sed prædicta ratio cessat in causis summarijs, ac per consequens in spolio, quia in summarijs admittitur probatio in continenti: cum pluribus *Portug.* 2. part. *cap.* 32. num. 66. cum alijs notissime *Pegas de Interdictis cap.* 10. num. 601. cum *Molin. de primog. lib.* 3. *cap.* 13. numer. 15. § 16. & ibi addent.

14 Quod id ipsum confirmatur, quia ideo probatio in continenti admittitur in executione suspendendo: ex *Ord. lib.* 3. tit. 86. §. 17. *Phæb.* 1. part. *arest.* 25. § 2. part. *arest.* 57. *Val.* 1. part. *conf.* 55. num. 1. *Mend. lib.* 3. *cap.* 21. à numer. 37. *Maced. decis.* 61. à num. 1. *Pegas prim. forens. cap.* 5. num. 7. § n. 62. *Gabr. Pereyr. de man. Reg.* 1. part. *cap.* 9. num. 9. *Mend. Arouc. alleg.* 48. num. 20. & 27.

15 Quia causa executionis est summaria: ex *text. in l. à Divo Pio §. Si super ff. de re judicata. Barb. in dict. l. Si alienam* 12. num. 9. *ff. solut. matrim. Marant. de ordin. judic.* 4. part. *distinct.* 9. num. 175. sentit *Gutierr. practicar. lib.* 1. *quæst.* 94. in princip. tenet *Carleval de judic. tit.* 2. *disp.* 8. numer. 36. § tit. 3. *disp.* 4. num. 23.

16 Ergo cum tertius interesse habens semper audiendus sit ex *Reg. text. in l. Ille à quo § Si de testamento ff. ad Trebel. l. à Divo Pio* 15. §. *Si super rebus versic.* Sed sciendum *ff. de re judicata. exornet extollens Gusman. de veritate jur. verit.* 36. à num. 33. & 37. & 38. cum sequentibus.

17 Et non possit audiri in causa summaria, nisi probet in continenti, quasi ita procedatur summarie: ex *l. 2. Cod. de edict. Divi Adriani Barb. in dict. l. Si alienam* 12. num. 19. *ff. solut.*

18 Merito talis tertius veniens ad causam summariam probaturus in continenti audiendus, & admittendus est summarie: cum multis *Marant. de ordin. ju-*

dicior. 4. part. *dist.* 9. num. 178. *Menoch. recuper. remed.* 1. num. 241. & quæ *Pereyr. de man. Reg.* 2. part. *cap.* 59. num. 65.

Contraria defenditur sententia.

19 Quibus non obstantibus, verior videtur contraria sententia, quod scilicet nec in continenti probare paratus admittatur tertius in causa spolij ad impediendam restitutionem ex fundamento dominij probandi, & disputandi; quam sententiam probat *ex l. Siquis ad se fundum Cod. de vi publicâ. novissimè Gom. de Moraes de execut. lib.* 1. *cap.* 4. §. 3. sub numer. 60. cum *Barb. & Sanch.*

20 Primo probatur ex generalitate *Ord. lib.* 4. tit. 54. §. *fin.* quæ procedit in casu spolij, quem comprehendit, ut diximus *dubit.* 49. num. 13. & tertium rejicit veniens ante restitutionem, & solum post eam factam eum admittit *Legislator ibi Versic. fin. E depois, que lhe for entregue lha podera demandar este terceiro.* sentit *Solorsan. Pereyr. de jure Indiar. lib.* 2. *cap.* 28. num. 69. *junct.* num. 67.

21 Cui regulæ inhærendum est, quia generaliter loquitur, dum non ostenditur limitatio in jure expressa, quæ quidem non apparet: *L. fin. Cod. de hæredib. instit. l. Ab ea parte ff. de probat. Landin tract.* 1. *cap.* 21. numer. 18. *Barb. in loc. cum. liter. R. à numer.* 46.

22 Secundo probatur ex ipsa limitatione, quam facit *Legislator ibi dict. §. 4. in casu mobilium, ubi fecit cognitionem dominij summariam, ut tertius audiri posset, ut diximus dubit.* 49. numer. 25. Quæ quidem limitatio otiosa foret, si tertius semper, & regulariter admitteretur ad probandum in continenti; quod in lege non debemus admittere:

L. Tunc cogendum §. Sabinus ff. de procurat. Portug. 2. part. cap. 29. numer. 21. §. 22. Landim. tract. 2. quest. 1. numer. 33. Phab. decis. 31. numer. 9.

23 Tertio probatur, quia cognitio dominij est cognitio ordinaria, quæ requirit altiorem indaginem non solum in favorem agentis, sed in favorem partis adversæ, quæ contrarias probationes, & allegationes facere potest in favorem iudicis, qui cuncta ruminare, & observare debet ad iudicandum: *Pegas tom. 3. forens. cap. 8. num. 14. §. cum Parlador. Marant. §. Moraes dicimus dubit. 48. num. 65.*

24 Plane huic juri publico, & cognitioni ordinariæ non potest tertius allegans, & probaturus renunciare: iudicatum tradit *Pegas tertio forens. cap. 8. dict. num. 14. Cancer. tom. 3. var. cap. 12. num. 37. in fin. Marant. de ordin. iudic. 4. part. distinct. 9. num. 98.*

25 Nec potest mutare probando in continenti summarie ipsum ordinem procedendi, & naturam causæ, & qualitatem iudicij: *Nogueyrol allegat. 26. art. 4. num. 328. cum Amat. lib. 1. resolutio. 39. à numer. 139. cum sequentib.*

26 Quarto probatur, seu confirmatur, quia partes non possunt consentire, quod in causâ ordinaria, seu quæ requirat cognitionem ordinariam, procedatur summarie: ex doctrinâ *Gloss. in cap. de causis verbo consensu partium de offic. de legat. fatetur Parlador. rer. quotidian. different. 137. num. 4. Barbof. ad Ord. lib. 3. tit. 48. in princip. num. 8. Gutierr. pract. lib. 4. quest. fin. numer. 24.*

27 Ergo nunquam tertius potest in causâ dominij, quæ requirit cognitionem ordinariâ, efficere, ut procedatur summarie probâdo scilicet dominium in continenti, ut de eo summarie iudicandum sit, quâdo sæper ordinariæ audiendus sit, etiamsi causâ principalis sit summaria: *Gutierr. pract. lib. 1. quest. 94 per totum cum alijs sentit Gom. de Moraes de execut. lib. 1. cap.*

4. §. 3. num. 58.

Ad Contraria.

29 **N**equè obstat in contrarium pro affirmativâ sententiâ adducta: quia ad auctoritatem Sapientissimi Præceptoris à *Costa*, qui in pace quiescat, de qua supra à *num. 3.* respondetur cum ipsius sequentibus verbis ibi: *De qua resolutione est in cõmentarijs ad text. in cap. 1. hoc nostro titulo, ubi credimus contrarium fortasse edoctrum esse.*

30 Nequè obstat decisio *text. in cap. literas 13. post medium de restit. spoliat.* de quo primum contrariæ sententiæ fundamentum supra *num. 9.* Respondetur enim in illo textu non agi de aliquo tertio probaturo, qui est proprius casus, de quo agimus: & solum procedit textus in viro spoliato à muliere, cui obicitur impedimentum affinitatis in continenti probandum; ex quo differtur restitutio spoliata, quoad commixtionem carnalem propter peccatum: sed non differtur restitutio spolij, quoad alia: unde potius probatur contrarium, nempe, quod nec cum cum probatione in continenti facienda impeditur spolij restitutio, ut tenet *Gloss. ibi verbo. Offeruntur.*

31 Non obstat secundum fundamentum, de quo *num. 10.* deductum ex *text. in l. Si is, à quo 3. ff. ut in possess. legator.* Respondetur enim eodem modo non loqui in aliquo tertio, qui probaturus veniat, sed procedit inter ipsas partes, quæ contendunt ex æquali actione, summaria scilicet, & in omnibus juris effectibus æquali; litigant enim implorato iudicis officio, ut tenet *Gloss. ibi verbo de satisfactione: & speciale esse dicit Gloss. in dict. cap. literas 13. verbo offeruntur in fine de restit. spoliat.*

32 Non obstat tertium fundamentum, de quo *num. 11.* respondetur enim argumentum minime concludere: ex eo enim, quod

quod
missio
tur, n
domi
per a
conti
omni
proba
nenti
qui in
dus si
33
12. §
in ca
in co
riè, 1
minij
batio
dicio
natur
ordin
feren
dic.
bus &
tenet
cap.
1. nu
34
num.
soluti
intell
tiore
mate

35

quo,
causa
in ip
inve
tiner
3. ti
12. n
16. §

quod dominium probaturus in casu permissio illud probare in continenti teneatur, non subsequitur consequentia, quod dominium in continenti probaturus semper admittendus sit ex eo, quia vult in continenti probare: patet enim, quod omnis tertius, qui admittitur dominium probaturus, illud facere debet in continenti; sed non patet, quod omnis tertius, qui in continenti probare vult admittendus sit: ut inferius dicemus.

33 Non obstat quartum, de quo *num. 12. § 13.* quia respondetur, dato, quod in causis summarijs admittatur probatio in continenti, proceditur enim summarie, id non efficere, quod in materia dominij à tertio allegatâ admitti possit probatio in continenti cum ordine, & iudicio summario, quando repugnat ipsa natura causæ requirentis cognitionem ordinariam: *Parlador. rer. quotid. different. 137. num. 1 Marant. de ordin. judic. 4. part. dist. 9. num. 42. cum quibus § Pegas diximus supra num. 23. § tenet Gom. de Moraes de execut. lib. 1. cap. 3. num. 55. versic. ex quo, & cap. 1. num. 39.*

34 Non obstat ultimum, de quo *num. 14. cum sequentibus* quia pro ejus solutione, praxis utilitate, quotidianorum intelligentiâ; aliqui in foro casus frequentiores veniunt distinguendi in proposita materiâ.

§. I.

35 **P**rimus casus est, quando tertius venit ad iudicium assistendo alicui litigantium; in quo, si tertius admittatur ex nō repugnātia causæ, & jure permittente, audiendus erit in ipsis terminis, in quibus ipse processum inveniat, quin teneatur probare in continenti, ad hoc, ut admittatur: *Ord. lib. 3. tit. 20. §. 32. Barbof. in l. Si alienam 12. num. 15. in fin. ff. solut. matrim. § num. 16. § 17. Cancer. 2. var. cap. 16. à num.*

5. cum sequentibus.

§. 2.

36 **S**ecundus casus est, quando tertius venit opponendo in causa principali cum actione æquè summaria, vel æquè ordinaria, & æquè privilegiata: in quo admittendus erit, quin teneatur prius probare in continenti, ut audiendus sit: *Ord. lib. 3. dict. tit. 20. §. 31. junct. tit. 33. §. 6. & quæ diximus dubit. 49. numer. 57. § 59. § 60. ita intelligendus Gom. de Moraes de execut. lib. 1. cap. 4. §. 3. num. 63. tenet Barbof. in l. Si alienam 12. num. 11. ff. solut. matrim.*

§. 3.

37 **T**ertius casus est, quando tertius venit in causa summaria opponendo cum actione ordinaria: in quo non erit admittendus ex repugnātia actionis, & ordinis judicialis: *ex Ord. lib. 3. dict. tit. 33. dict. §. 6. & diximus dub. 49. à num. 19. cum sequentibus § num. 61. & tenet Germosin. in cap. in literis 5. de restit. spoliat. quest. 8. num. 18. & 19.*

38 Quia licet paratus sit probare in continenti, & ita efficere cognitionem summariam in sua ordinaria oppositione, ut insimul de ea cognoscatur cum actione principali, hoc facere nequit partium consensus, quia solus Princeps potest facere, quod de actione ordinaria cognoscatur summarie: cum pluribus ostendit *Marant. de ordin. judic. 4. part. dist. 9. numer. 3. & numer. 5. cum sequentibus* plene de materia, & probant, quæ diximus *supra numer. 24.*

§. 4.

39 **Q**uartus casus est, quando tertius venit in causa ordinaria cum oppositione actionis summaria: in quo licet admitendus non sit ex repugnantia ordinis iudicij ex *Ord. lib. 3. dict. tit. 33. dict. §. 6.*

40 Tamen, si tertius consentiat, quod de sua actione summaria (quando summaria sit in ejus favorem, cui renuntiare possit) cognoscatur ordinarie admittendus erit, quin prius probet in continenti, quia cessat repugnantia iudicij ex ejus consensu, qui potest causam summariam reducere ad ordinariam: textus est in *Clement. sepe §. fin. de verbor. signific. defendit Marant. de ordin. iudic. in 4. part. dist. 9. à num. 204. cum sequent. & latius diximus dubit. 44. à numer. 71.*

§. 5.

41 **Q**uintus casus est, quando in actione principali, quæ sit privilegiata in publicam utilitatem, nempe in actione spoliij, venit tertius opponendo, ut spoliatum adjuvet: in quo, etsi tertius haberet actionem æque summariam, minime etiam probans in continenti, admitteretur ob præsumptam calumniam, contra publicum interesse: ut pro regula tradit *Cancer. 2. var. cap. 16. num. 93. Solorsan. Peyer. de jur. Indiar. lib. 2. cap. 28. num. 69. sentit Valasc. 2. part. consult. 162. numer. 3. Phæb. 2. part. arest. 13. in fin.*

42 Et in patre cum filio exemplificat, & iudicatum tradit *Pegastom. 2. forens. cap. 11. sub. num. 215. pag. 958.*

43 Quod tamen intelligerem tunc solum procedere, quando tertius, etsi pater sit, vel spoliatori assistit, vel solum

excludere spoliatum intendit.

44 Quia si in continenti probet, & ostendat suum interesse in causa æque summaria, quamvis pater sit, credo admitendum fore, seclusa omni suspitione calumnia: *Valasc. 2. part. consult. 162. numer. 4. & 6.*

§. 6.

45 **S**extus casus est, quando finita jam causa principali, & habita sententiâ, venit tertius opponendo in executione, quæ dicitur instantia summaria: ut diximus *supra num. 15.* In quo casu, si tertius ex natura actionis admittendus sit, tamen prius, & ante omnia, debet purgare malitiæ præsumptionem, quam habet protelandi, & illudendi iudicatum, & hoc debet facere probando interesse prius in continenti: *Fermosin. in cap. cum super. 17. de sentent. & re iudicat. quest. 1. num. 42. Gutierr. pract. lib. 1. quest. 94. Barbof. in l. Si alienam 12. num. 9. ff. solut. matrim. Cancer. tom. 2. var. cap. 16. num. 23. & 25. & 26. & 28. & 29. & 3. var. cap. 10. numer. 113. Marant. de ordin. iudic. 4. part. dist. 9. num. 178. Guerreyr. tract. 2. de divis. lib. 8. cap. 2. numer. 82. & 83. & cap. 3. num. 2.*

46 Quod id ipsum probat praxis iudiciorum, in quibus, factâ per tertium probatione, non iudicatur illicò de materiâ probatâ; sed solum informato per talem probationem iudice, quæ eo ipso sufficit levior, & semiplena; & constituto quod cessat præsumptio fraudis, relegata scilicet, per huiusmodi anticipatam informationem, admittitur materia tertij, seu impedimenta recipiuntur, in quibus oppositionem deducit, vulgo *Embargos de terceiro*, & tunc proceditur ad cognitionem oppositæ materiæ, auditâ parte: *Guerreyr. tract. 2. de divis. lib. 8. cap. 2. num. 82. & 83.*

§. 7.

47 **S** Eptimus casus est, quando causa principalis erat summaria, & in ejus executione venit tertius, opponendo cum materia actionis ordinariæ: in quo tertius non erit admittendus in executione, quia etiam in causâ principali admittendus non erat, quamvis paratus sit probare in continenti: *Barbos. in l. Divortio 8. §. Ob donationes num. 18. ff. solut matrim. Nogueyrol. al. leg. 7. num. 64.*

§. 8.

48 **O** ctavus casus est, quando causa principalis erat ordinaria, & tertius opponit cum materia actionis etiam ordinariæ: in quo licet instantia executionis sit summaria, tamen adveniente tertio, efficitur illa instantia iterum ordinaria, sicut erat causâ principalis, & auditur tertius, purgatâ prius fraudis præsumptione, ut diximus: *Marant. de ordin. judic. 4. part. dist. 9. num. 175. §. disput. 13. num. 7. Carleval. de judic. tit. 2. disp. 8. num. 10. §. 40. §. tit. 3. disp. 12. num. 6. Gail. lib. 2. obs. 92.*

49 Ratio videtur esse, quia causa principalis, si de propria natura est ordinaria, non potest fieri summaria in executione, quoad tertium, sed solum quoad ipsum reum in sententia condemnatum: quia tertius audiendus est ordinariæ secundum naturam actionis: quod procedit de stylo Regni: ut judicatum refert, *Phæb. 2. part. arest. 40. quem sequitur Maced. decis. 61. num. 2. & de simili stylo, seu jure municipali Fermosin. in cap. cum super 17. de sentent. §. re judicatâ quest. 11. num. 7. & 12.*

§. 9.

50 **N** onus casus est, quando causa principalis erat summaria, & tertius venit in executione, opponendo cum materia actionis etiam summarie: in quo purgatâ prius, & relegatâ præsumptione fraudis, probando interesse in continenti, admittendus erit, sicut audiendus erat in causâ principali: ex dictis *dubit. 49. num. 57. & tenet Carleval de judic. tit. 2. disput. 7. num. 10. cum Gutierrez. lib. pract. quest. 112. num. 1. & 2. §. 3.*

51 Decimus casus est, quando causa principalis erat ordinaria, & tertius purgando fraudis suspicionem, probando scilicet in continenti, allegat materiam actionis summarie: in quo semper audiendus erit, vel summarie, sicut jam est instantia executionis: vel si pars respuat, audiendus erit ordinariæ renuntiando privilegium causæ summarie, ut diximus supra *num. 40.*

52 Patet igitur pro solutione argumenti, de quo agebamus *num. 34.* quod nec semper tertius audiendus erit ex eo, quod paratus sit probare in continenti: nec semper probare in continenti teneatur, ut audiatur, quando ex natura causæ audiendus sit: & quod solum in præsumptione fraudis requiritur probatio in continenti, ut tertius admittatur, ut probavimus supra *num. 41. & 42. & tenet Cancer. 2. var. cap. 16. num. 25. & ulterius probatur ex eo,*

53 Quia in causâ, quo reus in iudicio cõventus super actione ordinariâ excipit cum materia exceptionis peremptoriæ, jubet Legislator noster in *3. tit. 20 §. 15.* purgare præsumptionem fraudis, & prorelandi causam cum probatione, scilicet intra decendium: quæ solum inservit ad relegandam præsumptionem, & non, ut de eâ illicò judicandum sit: patet ibi *Versic. E vendo o fuis, que o Reo pola prova que deu nos des dias, provou a exceiçao, assinará ao Autor termo para a contrariar*

trariar & inferius §. 15.

54 Neque obstat, quod quando Reus allegat exceptionem peremptoriam, quæ requirit altiorem indaginem, vel æquè difficilem disputationem, sicut actio principalis, quamvis idem præsumatur timor protelandi causam, non admittit praxis purgationem malitiæ per probationem intra decennium faciendam: imò solet praxis, & solent magistratus doctissimi illicò decidere, quod materiam exceptionis recipiunt tanquam contrarietatem pertinentem ad actionem principalem, vulgo, *Recebo a exceiçam em principio de contrariedade e o Reo a a-cabe ate a primeira.*

55 Quæ tamen praxis, licet aurea, & à doctissimis observata, dum contraria est dispositioni expressæ *dict. Ord. dict. §. 15.* sustineri, & observari non posse videtur; quia praxim admittere sine lege, contra legem non debemus *Pegas tom. 1. forens. cap. 1. num. 18. & 19. & tom. 2. cap. 16. numer. 131. Portugal. 2. part. cap. 10. num. 108. Gabr. Pereyr. de man. Regia 1. part. cap. 11. numer. 7.*

56 Sustinenda tamen est aurea praxis, quæ non obstat resolutioni supra positæ, de qua agimus, quia licet non admittat probationem semper anticipatam, ut tollatur præsumptio protelandi, ipsam malitiam, & præsumptionem citius tollit, dum recipit exceptionem peremptoriam tanquam contrarietatem ad causam principalem, & brevius finiatur utriusque materia.

57 In quo quidem prædicta salutifera praxis non adversatur dispositioni *Ord. dict. tit. 20. dict. §. 15.* fundatum enim praxis in jure communi, secundum, quod intelligenda venit dispositio prædictæ Regiæ sanctionis, de qua *dict. tit. 20. dict. §. 15.*

58 Certum enim in jure est considerari in judicio exceptiones aliquas, quæ requirunt altiorem indaginem, & ita difficilem disputationem, sicut ipsa actio principalis; quæ quidem dicuntur eæ,

quæ continent agitationem consistentem in facto, ut tenet *Pegas tom. 1. forens. cap. 5. num. 27.* Vel tam in facto, quam in jure, ut tenet *Portugal 2. part. cap. 32. num. 64. in fin.*

59 Quæ quidem debent reservari ad sententiã definitivam, ut cum eâ terminentur, sicut actio principalis: *Valeron. de transact. tit. 5. quest. 1. num. 7. & à numer. 34. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 9. à num. 39. & num. 42. Mend. 1. part. lib. 3. cap. 3. num. 27. cum Bart. & Marant. & cap. 4. num. 2. versic. Quarto limit. & 2. part. lib. 3. numer. 18.*

60 Quod idem est, atque dicere exceptionem merita causæ respicientem ad ejus decisionem reservandam esse: *Valeron. de transact. dict. tit. 5. quest. 1. num. 7.* ubi loquitur de exceptione præscriptionis: & à *num. 34.* ubi de transactio: & cum causâ principali discutendam, ut explicat *Gabr. Pereyr. de man. Reg. 1. part. cap. 27. num. 4. versic. Quare & num. 5. & num. 12. & cap. 28. num. 31.*

61 Unde fit palam, quod ad hoc, ut prædicta indubitata juris resolutio in judicijs practicari, & exerceri possit una cum actione principali, & eadem definitivã sententiã, solum fieri potest, quando iudex interloquendo declaret, quod actio, & exceptio concurrant simul terminis æqualibus judicij, quod fieri nequit aliter, quàm recipiendo exceptionem eo modo, quo actionem recipit: vulgo *Por contrariedade.*

62 *Ord. autem dict. tit. 20. dict. §. 15.* noluit comprehendere exceptiones altiorem indaginem requirentes, inter quas nõ distinguit has, & reliquit in dispositione juris commanis, dum simpliciter disposuit de exceptionibus, quæ debent intelligi eæ, siue altiorem indaginem non requirunt, in quibus solum practicanda venit, secundum praxim quotidie observatam, de qua testantur *Addent. ad Molin. de primog. lib. 4. cap. 9. ad numer. 40.* cujus verba refert latius distinguens.

&

& diversa jura inducens, postposito stylo, *Carleval de judic. tit. 2. disput. 5. præcipue num. 23.*

63 Advertendum tandem est, pro complemento observantiæ prædictæ praxis, solum procedere, & praticari posse in exceptionibus peremptorijs, quæ respiciunt merita causæ, ut tenent DD. citati, & *Thom. Vas alleg. 76. num. 59.*

64 Non autem in exceptionibus dilatorijs, de quibus idem *Vas dict. alleg. 76. a numer. 56. cum Ord. lib. 3. tit. 49.*

65 Quia de dilatorijs prius discutendum est ante definitivam, quia sunt diversæ à causâ principali: *Gabr. Pereyr. de man. Reg. cap. 27. num. 4. § 5.*

66 Et quia solent esse præjudiciales causæ, vel iudicio, de quibus ante omnia eo ipso cognoscendum est, suspensa cognitione causæ principali: *Portug. 2. part. cap. 31. num. 35. Cald. forens. quest. 25. num. 27. Cabed. 2. part. ar. 89.*

*Themud. 2. part. decis. 140. § 6. § 7. Mend. 2. part. lib. 3. cap. 37. num. 12. § 14. Pe-
gas tom. 2. forens. cap. 19.
numer. 115. § 116. Va-
leron. de transact. tit. 5. quest. 8.*



DUBITATIO LI.

Quomodo igitur tertius audiendus erit cum oppositione in causa spoliij?

Ad Ord. lib. 4. tit. 54. §. 4. versic. fin.

SUMMARIUM.

- 1 Tertius cum oppositione domini non admittitur in causa spoliij quanvis in continenti probare velit.
- 2 Contrarium solet judicari.
- 3 Limita, si opponat cum actione æquè privilegiatâ, quia audiendus erit.
- 4 Vel, si spoliatus consentiat in cognitione ordinariâ.
- 5 Aliàs tertius solum auditur in actu, vel processu separato: & numer. 17.
- 6 Sed in eodem iudicio, ne continentia causæ dividatur.
- 7 Ord. lib. 4. tit. 54. §. 4. versic. fin. inducitur, & numer. 12. § 13. § 14.
- 8 Contrarius sensus legis pro lege habetur.
- 9 Malitijs non est via aperienda.
- 10 Spoliatus non tenetur respondere petitorio.
- 11 In iudicio seculari cognosci non potest de dominio Clerici.
- 12 Dispositio superflua non admittitur in lege.
- 13 Fides depositi semper observanda.
- 14 Interest reipublicæ restitutionem spoliij fieri.
- 15 Actio depositi continet sub se spoliium.

- 18 Ord. lib. 3. tit. 33. §. 6. inducitur.
- 19 Valet argumentum à reconveniente ad opponentem.
- 20 Per factum abienum non potest fieri conditio deterior.
- 21 Dispositio cessat, cessante ratione.
- 22 Ord. lib. 3. tit. 87. in princip. inducitur.
- 23 Absurdum vitandum.
- 24 Ord. lib. 4. tit. 54. §. 4. inducitur, & num. 26. & 27.
- Et interpretatur, à num. 32. cum sequentib.
- 28 Argumentum à contrario non valet, si sequatur absurdum.
- 29 In executione præfertur sententia pro dominio.
- 30 Quæ veniunt in consequentiam, non attenduntur.
- 31 Continentia causæ dividitur propter incapacitatem iudicij.
- 32 Ratio decidendi explicat legem.
- 33 Sententia parit exceptionem rei iudicatæ.
- 34 Limita in casu Ord. lib. 4. tit. 54. §. 4.
- 35 Contractus, neque factum obligat tertium.
- 36 Tertius obtinens sententiam in dominio, an præservatur spoliato in executione?
- 37 Distinguitur questio per casus. Primus casus, si spoliatus fuit citatus ad causam tertij: ibidem.
- 38 Sententia exequitur contra citatum.
- 39 Secundus casus, quando spoliatus non fuit citatus.
- 40 Tertius casus, quando spoliatus sciens litem se non opponit.
- 41 Ord. lib. 4. tit. 54. §. 4. limitatur per argumentum à contrario: & num. 42. & sequentibus.
- 46 Cognitio circa dominium est ordinaria.
- 47 Lex correctoria non extenditur: & num. 49.
- 48 Ord. dict. §. 4. Illustratur: & num. 49. cum sequent.

- 52 Res deposita semper restituitur.
- 55 Legis ratione cessate cessat dispositio. Et num. 60.
- 47 Cognitio summaria censetur inducta in utilitatem publicam.
- 38 Quando ex duabus rationibus una viget, licet alia deficiat, sustinetur dispositio.
- 59 Quando datur eadem ratio, non dicitur extensio, sed comprehensio.



- D**iximus dubit. 45. exceptionem dominij non esse admittendam in causa spolij, quod ipsum diximus ampliandum in tertio, quia etiam non erit admittendus ex incompatibilitate iudicij, de qua dubit. 49. nec etiam probaturus in continenti, ut ostendimus dubit. 50.
- 2 Sed quia D.D. nostri fere omnes, & Senatûs placita solent iudicare tertium opponentem audiendum fore, quia non datur lex, quæ illi deneget omnino audientiam, cum in spolio non concurrisset mandando, nec operando, ut tenent plures, quos allegavimus dubitat. 49. num. 1. & 2. & sequentib.
- 3 Ideo aliquid dubitationis continet, quomodo tertius audiendus erit in casu, quo audiri debeat? Si enim tertius opponit cum actione æquè summaria, & æquè privilegiata audiendus erit in eodem processu ex dictis dict. dubit. 49. num. 63. & text. in l. Bona fides ff. depositi.
- 4 Si opponit cum ordinaria, quæ incompatibilis est, solum erit audiendus in eodem processu, quando spoliatus consentiat, quod de causa spolij cognoscatur insimul ordinariè, ut ita uno eodem processu, & sententia terminentur actio, & oppositio, ut diximus dubitat. 48. præcipue à num. 58. & text. in cap. 1. de restit. spoliat.
- 5 Sin autem oppositio fiat cum actione ordinaria, scilicet cum materia dominij,

nij, & spoliatus non consentiat, ut tertius audiatur ordinarie in materia spoli, quæ est summaria, tunc solet judicari, quod tertius audiatur in actu separato, hoc est in diverso processu, ratione incompatibilitatis. Ita Phæb. 2. part. arest. 13. Valasc. 2. part. Cons. 162. num. 1.

6 Dummodo procedatur, & partes audiantur in eodem iudicio, sub eodem iudice, ne continentia causæ dividatur: ex reg. text. in l. nulli Cod. de iudic. l. 1. & ff. de quibus rebus ad eund. iudic. adeatur Cancer. 2. var. cap. 2. num. 41. & cap. 8. num. 58. & tert. var. cap. 1. num. 48. & melius num. 51. Pereyr. de man. Reg. cap. 24. numer. 12. Carleval de iudic. tit. 1. disp. 2. numer. 954. & tit. 2. disput. 2. per totam.

7 Obstat tamen primo prædictæ resolutioni (ne videatur esse sine ratione dubitandi) expressa dispositio Ord. lib. 4. tit. 54. §. 4. versic. fin. ubi Legislator noster solum admittit tertium in iudicio, quando restitutio jam completa sit, patet ibi: *E. depois que lbe for entregue, lbe poderã demandar esse terceiro.*

8 Ergo dum res non sit restituta spoliato, tertius non erit audiendus, ut probat contrarius sensus prædictæ legis, qui pro lege habetur: ex lege qui testamento §. mulier ff. de testamentis Valasc. de partit. cap. 16. num. 16. Portug. 2. part. lib. 1. prælud. 2. numer. 76. in fine Reynos. observ. 42. numer. 13. Gabr. Pereyr. de man. Reg. 1. part. cap. 27. sub num. 6. versic. Cui resolutioni.

9 Obstat secundo, quod si ante restitutionem factam tertius audiatur, quavis in actu separato, & diverso processu, si prius sententiam obtinuerit, primo executionem faciet, & per consequens restitutionem spoli impedit, viam ita aperiendo malitijs spoliatorum, qui tertios dominos invitabunt, quod nunquam est admittendum, per regulas

vulgares & considerationes, de quibus Cancer. cap. 18. de except. numer. 30. Fermosin. in cap. 1. de restit. spoliat. quest. 1. num. 24.

10 Obstat tertio, quod si spoliatus, quamvis in processu separato intenderit jus suum defendere, si respectu dominij aliquod habeat, tenebitur, quin prius restituatur, petitorio respondere: quod saltem respectu spoliantis, qui in eodem processu audiri non prohibetur, adveniente tertio cum materiâ dominij, incivile est: iudicatum Pegas tom. 2. forens. cap. 11. pag. 943. in princip. & 944. col. 1. & 2. & iterum iudicatum pag. 945. & 947. col. 1. & 2. & latius pag. 948.

11 Obstat quarto, quod si spoliator sit Clericus, non potest tertius audiri cū materia dominij in iudicio sæculari, ubi respectu clerici de dominio cognosci non potest: Pereyr. de man. Reg. cap. 24. num. 21. per totum & decis. 43. num. 11.

12 Ergo saltem in hoc casu tertius non erit audiendus, nisi prius facta fuerit restitutio spoliato, qui conveniri possit in iudicio competenti, & sæculari: ut sanxit Legislator noster dict. tit. 54. dict. §. 4. dict. versic. fin.

13 Obstat quinto, quod si tertius audiendus esset ante factam restitutionem, omnino illusoria, & superflua maneret, & sine effectu dispositio: Ord. dict. §. 4. dict. versic. fin. quod non est admittendum: l. qui bis idem ff. de verbor. obligation. Gratian. forens. cap. 306. num. 16. Phæb. decis. 31. num. 9. Land. tract. 2. quest. 1. numer. 33. Portug. 2. part. cap. 29. numer. 21. & 22. & 78. Molin. de Gusman. versic. 33. num. 2.

14 Obstat sexto ratio decidendi ejusdem Ord. dict. tit. 54. dict. §. 4. dict. versic. fin. quia si tertius rejiciatur à iudicio ante factam restitutionem, ne scilicet, eam impediendo, deficiat fides contractus depositi, semper observanda, prout ex text. in l. bona fides 31. &

l. 1. §. si prædo 39. ff. depositi diximus dubit. 49. num. 41.

15 Eadem, si non maior, datur ratio circa rei spoliatae restitutionem non impediendam: quia sicut interest fidem servari contractus, interest etiam rei publicæ, & non minus, ut res spoliata restituatur, & ne restitutio impediatur, & ne detur occasio facti spoliativi, & procedendi autoritate propriâ, ut cum pluribus diximus late *dubit. 45. à num. 16. cum seq.*

16 Eo vel maximè, quando ideo fides contractus depositi, & similium strictiori commendatione jubet Legislator servari in *dict. tit. 54. dict. §. 4.* repellendo scilicet impedimentum restitutionis à tertio oppositum; quia scilicet actio depositi, & similium continet sub se actum spoliativum, & involvit actionem interdicti unde vi: ut cū *Barbos. in l. Si alienam 12. ff. solut. matrim. à num. 9. §. à num. 118. & l. 2. num. 166. Cod. de præscriptionibus & Balb. de præscript. 4. part. Quartæ principalis quæst. 11. num. 4. diximus dubit. 49. num. 13.*

Defenditur sententia in praxi recepta.

17 Quibus tamen non obstantibus, verissima est sententia in praxi recepta, dum asserit tertium in actione spoliij audiendum fore, cum oppositione dominij in actu separato, & diverso processu, ut judicari vidimus, & tenet *Phæb. 2. part. dict. arrest. 13. Valasc. 2. part. dict. Cons. 162. num. 1.*

18 Probatur primo, quia quoties ex repugnantia actionis, & incompatibilitate ordinis judicialis, actiones in judicio deductæ non possunt cumulari, & in eodem processu agitari identico modo procedendi, separantur processus, & unaquæque in separato venit agitan-
da Ord. lib. 3. tit. 33. §. 6. ad fin. ibi: mas

an dará cada huma per seu curso, convi a saber a convençam, summariaamente, & a reconvençam, per via ordinaria.

19 Valet enim argumentum factum à reconveniente ad tertium opponentem; quia utrumque supponimus deducere in judicio summano actionem ordinariam: & sicut reconveniens mittitur ad processum separatum ex incompatibilitate actionis, & judicij, quando venit ad judicium vocatus, eadem ratione mitti debet opponens, qui voluntarius venit: ita suadente regula *text. in l. illud 32. ff. ad legem. Aquil. de qua Guerreyr. de recusat. lib. 3. cap. 8. per totum.*

20 Probatur secundo, quia nullo jure prohibetur habens actionem, ut illam deducat in judicium, quando nec factum spoliij tanquam alienum illi obesse debet, ut diximus *dubit. 49. num. 4.* nec ejus conditio per alienum factum deterior fieri potest: *ex regula text. in l. non debet. ff. de regul. jur. Portug. 2. part. cap. 2. numer. 27. & cap. 13. num. 33. & cap. 15. num. 28. & cap. 27. num. 10. Guerreyr. de recusat. lib. 3. cap. 4. num. 12.*

21 Probatur tertio, quia tota ratio, & fundamentum, ex quo tertius repellendus esset à judicio spoliij cum materia actionis ordinariæ, sistit in incompatibilitate judicij, & ordinis procedendi, ut latius ostendimus *dubit. 49. præcipue à num. 54.* Sed hoc cessat mittendo tertium ad processum separatum: ergo cessante ratione dispositionis, cessare utique debet dispositio: *l. quod dictum. ff. de pact. Barbos. 1. part. l. 1. à numer. 84. cum sequentibus ff. solut. matrim. Molin. de Gusm. de verit. jur. verit. 31. à num. 26.*

Unde inferas, quod si causa sit vis veteris, audiendus erit tertius in eodem processu; quia uterque agit actione ordinariâ, & cessat incompatibilitas, de qua *dubit. 48. num. 59. & dubit. 49. à dict. num. 54.*

22 Probatur quarto, quia quoties Legisla-

Legislator noster voluit restitutionem non impediri, ut sanxit *dict. tit. 54. dict. §. 4.* solet determinare, quod pars audiatur in actu separato, ut ita audiatur, & restitutio impediri nequeat *Ord. lib. 3. tit. 87. in princip. ibi: E tratar seba dos ditos embargos em acto apartado.*

23 Probatur quinto, quia si tertius nec in processu separato audiendus esset, donec fieret restitutio, facile quidem erit cuicumque possessori malæ fidei, qui timet rei-vendicationem fortasse imminuentem, amicum quærere, & simulatione inter eos contractâ, habitâ fide de pretio, vel de pensione solvendâ, procedere ad spoliolum rei, & in ejus restitutione, Interdicto intentato, causam protelare, & fructus percipere, fortasse inter partes litigantes dividendos, dum interim tertius dominus rei, nec in eodem processu, nec in separato potest tantæ malitiæ remedium invenire, cum probari non possit: absurdum sane vitandum! *Ex text. in l. Nam absurdum ff. de bon. libertor. cum alijs Guerreyr. de recusat. lib. 3. cap. 7. num. 7.*

24 Neque dicas hujusmodi timorem non esse attendendum; quando etiam in materiâ similis restitutionis faciendæ, solet Legislator noster occurrere malitijs, illis viam præcludendo, ne dominis præjudicium inferatur, ex machinatione timenda inter litigantes: patet *dict. lib. 4. dict. tit. 54. dict. §. 4. ibi: Por se nam dar lugar às malicias, que doutra maneira facilmente se poderiam cõmeter, & fazer em tal caso.*

25 Unde si in casu, quo Legislator supponit timendam malitiam, jubet tertium audiendum, & restitutionem non faciendam; eadem, vel cum maiori ratione, ut malitijs obvietur, semper tertius erit audiendus, saltem in actu separato, ut praxis observat.

26 Neque obstat, quod *Ord.* solum procedit in casu mobiliolum, & possessore non idoneo ad solvendum, in quo Legislator solum occurrit tertij indemnitati dominium habentis: quasi contrarium

decidendum sit, & limitanda *Ord.* dispositio à cessante ratione in casu, quo possessor sit dives, & solvendo sit, quia cessat timor præjudicij, sicut in casu immobiliolum cessat ex ipsâ *Ord. dict. §. 4. ad fin.*

27 Respondetur enim, quod admissâ limitatione in possessore divite, qui solvendo sit, de qua adhuc dubitamus infra, etsi cesset ratio timoris, sicut in casu immobiliolum cessat, tamen ratione fructuum semper versatur timor malitiæ in proteclandâ causâ, qui vitari debet saltem audiendo tertium in actu separato, ut defendimus.

Dissolvuntur in contrarium adducta.

28 **N**eque obstant in contrarium adducta: Argumentum enim à contrario sensu, de quo supra *num. 7. & 8.* non valet in his terminis, siquidem ex dictis constat incivile, & absurdum esse denegare tertio exercitium actionis sibi cõpetentis, ex quo argumentum non valet: *L. 2. Cod. de condit. insertis Menoch. recuper. remed. 15. num. 483. & 607. Carvalh. in cap. Raynald de testamentis 2. part. num. 314.*

29 Neque obstat secundum, de quo *num. 9.* quia, si forte tertius prius sententiam obtineat, & primo executionem faciat, & in possessionem mittatur, nemini injuriam facit, & spoliato dominium non habenti, in effectu non nocet: & tandem est casus in jure permissus, & expressus: *textus est in cap. cum dilectus 6. de caus. possess. & proprietatis ibi: Sed licet in pronuntiatione sit possessio præmittenda, in executione tamen debet proprietas prevalere, & per text. in l. Si is à quo 57. ff. de rei-vendic. edocet Barbosa. in l. Si alienam 12. num. 15. ff. solut. matrim.*

30 Non obstat tertium, de quo supra *num. 10.* quia, si spoliatus pro sui ju-

ris utilitate, & dominij, respondeat petitorio in actu separato, quin prius restituatur, hoc faciet quoad tertium, circa quem non habet spoliatus privilegium, ut sepe diximus, & spoliatori, vel respondeat non esse audiendum circa dominium, vel sciat hoc venire in consequentiam ex interventione tertij, quod non attenditur: *Valasc. 2. part. cons. 162. num. 3.* & est regulare per *text. in l. 1. ff. authorit. tutor. l. Verum ff. de furt. Portug. 2. part. cap. 16. num. 29.*

31 Non obstat quartum, de quo à *num. 11.* quia, etsi Clerico spoliante, non admittatur tertius in allegatione dominij in eodem iudicio, ex defectu jurisdictionis: tamen eo ipso fundamento audietur tertius in iudicio Ecclesiastico contra clericum possessorem, quamvis dividatur continentia causæ propter incapacitatem iudicij: *Gutierr. pract. lib. 3. quest. 30. num. 50. § num. fin. § Cancer. tom. 3. var. cap. 16. num. 135. Carleval. de iudic. tit. 1. disp. 2. num. 955. in fin. § num. 957. ad fin.*

32 Non obstat quintum, de quo *num. 13.* Quia dispositio *Ord. dict. tit. 54. dict. §. 4. versic. fin.* intelligitur, ne otiosa videatur ex verâ illius ratione dubitandi, & ratione decidendi, quæ solent legem explicare: *L. Cum ratio ff. de bonor. damnat. Gusman. de verit. juris verit. 26. num. 34. in fine.*

33 Ratio dubitandi erat, quia veniens tertius ad iudicium cum oppositione dominij in forma ejusd. *Ord. dict. §. 4. in princip.* Quando à iudicio, & lite pendente rejiciendus est ex incompatibilitate actionis, ut diximus ex *ead. Ord.* Si litem tunc non prosequatur in actu separato, ei videbatur postea obstare exceptio rei iudicatæ, quia ejus allegatio circa dominium, rejecta fuit ante sententiam: *Barbos. in l. Matrim. 13. num. 51. & 52. ff. solut. matrim. junctis ijs, quæ Pegas tom. 1. forens. cap. 4. num. 77. cum infinitis § de Interdict. cap. 4. num. 253.*

34 Cui forte rationi dubitandi oc-

currit Legislator *dict. §. 4. dict. versic. fin.* decidens, audiendum fore tertium contra possessorem restitutum: quia cum tertius impeditus foret ratione incompatibilitatis suæ actionis ordinariæ, sibi non officit sententia lata in possessorio, in quo audiri non poterat, ita decidens controversiam: de qua *Maced. decis. 47.* & sequendo jura de quibus ibi *num. 4. cum Bart.*

35 Non obstat sextum, de quo à *num. 14.* quia, etsi fides contractus depositi, ratio commissi spolij, sint fundamentum, ut restitutio non impediatur, hæ rationes non comprehendunt tertium, qui neque contraxit, neque spoliium commisit, & per consequens non rejicitur à iudicio ex vi illarum rationum, sed solum ex incompatibilitate iudicij, & repugnantia processûs inter actionem ordinariam, cum qua opponit, & inter summariam, de qua agitur in iudicio, ante adventum tertij.

§ I.

36 **D**iximus supra *num. 29.* quod si tertius primo sententiam obtinuerit contra possessorem spoliante, quam obtineat spoliatus, præferendus erit tertius in executione, & in possessionem mittendus: nunc quæro, si tertius obtineat sententiam in actu separato, & ordinario iudicio, postquam spoliatus sit restitutus per sententiam in summario obtentam, an tertius executionem habeat contra spoliatum restitutum, ut tertio tradat possessionem tanquam domino.

37 In qua dubitatiunculâ, distinguendum puto per sequentes casus: primus erit, si spoliatus fuerit citatus ad actionem, & oppositionem tertij in actu separato agitandam, tanquam pars præjudicata, & habens interesse: cum *Guarb. Surd. Barbos. § alijs Guerreyn. tract. 2. de divis. lib. 8. cap. 2. num. 12. § num. 75.*

§ 8. In quo videtur, illi præjudicare judicatum, quia fuit citatus, & per consequens contra illum exequendam fore sententiam: ex *Ord. lib. 3. tit. 87. in princip. & cum Barbof. & Sousa in simili Guerreyr. tract. 2. de divisionib. lib. 8. cap. 2. num. 4.*

39 Secundus casus est, quando spoliatus, nec citatus fuit, nec scivit litem super dominio agitari per tertium contra spoliantem possessorem, nempe, quando in judicio Ecclesiastico litigant, ut diximus *num. 31.* in quo casu sententia non nocet spoliato restituto, quia nec citatus, nec sciens: cum *Sousa Valasc. Cabed. Phab. Mendes. Barbof. Pegas & exteris, Guerreyrus tract. 2. de divis. lib. 8. cap. 2. num. 11. Fermosin. in cap. cum super 17. de sentent. & re judic. quest. 1. num. 25. & 26. & 27.*

40 Tertius casus est, quando spoliatus, quamvis non citatus, litem agnovit, & agitari scivit, & se non opposuit liti, ut de dominio doceret, & jus suum deduceret: in quo casu sibi videtur præjudicare ex *text. in l. Sape 63. §. Sed scientibus de re judicata cum Barbof. Mendes, & pluribus alijs Guerreyr. tract. 2. de divis. lib. 8. cap. 2. num. 5. & num. 37. ubi optime de materia & iterum num. 72. Fermosin. in dict. cap. cum super dict. quest. 1. num. 43. & 44.*

Quod intellige, si consentire valide possit: ut optime in uxorato, in minore, & similibus optime explicat *Guerreyr. tract. 2. de divis. lib. 8. dict. cap. 2. num. 30.*



§ 2.

41 **A**rguebamus supra *num. 26. & 27.* quod in casu restitutionis rerum mobilium, de quo *Ord. dict. tit. 54. dict. §. 4.* si spoliator, apud quem res detinetur sit dives, & solvendo sit, limitanda esset prædictæ *Ord.* dispositio, per argumentum à contrario sensu, qui habetur pro lege: *L. Qui testamento §. Mulier. ff. de testamentis Valasc. de partit. cap. 16. num. 26. Reynos. observ. 42. num. 13. Portug. 2. part. cap. 29. num. 132.*

42 Nunc quæro (quia nec alienum à nostro instituto, nec indubitabile) circa prædictam limitationem: an sit practicanda in divite, & idoneo solum quoad sequestrum, ita ut quoad aliam partem Regiæ dispositionis non limitetur, nempe quoad procedimentum, & cognitionem summariam? Hoc est, an in casu quo sequestratio non sit necessaria, nec fiat, nihilominus tertius audiendus sit summarie: ac si per idoneitatem detinentis cesset sequestrum, & cognitio summaria cesset per argumentum à contrario, quasi comprehendens omnem Regiam dispositionem?

43 Pro parte rem detinentis, & spoliati restitutionem petentis, facit primo, quod Legislator in prædicta dispositione solum attendit ad indemnitatem tertij, in casu quo rem detinens non sit solvendo: patet ibi: *For suspeito por nam ter bens de rais, que bastem para pagamento della: ex Alciat. Barbof. in l. Si alienam 12. numer. 9. ff. solut matrim.*

44 In quo, indemnitati occurrendo, jubet Legislator sequestrationem fieri: patet ibi: *Sera sequestrada em maõ de homem fiel, & abonado, até que seja determinado a quem pertence de direito.* Et ne partibus, nempe restitutionem petenti agendo, & rem detinenti excipiendo, præjudicium inferret per sequestrum, dum ordinariè, & privato possessore, cognosceretur de dominio tertij, ideo in
eorum

eorum favorem credendum est fecisse causam summariam, quæ aliàs tanquam de dominio ordinaria erat, patet ibi: *E o terceiro será ouvido sobre o direito, que pertencer ter nella summariamente, & sem estrepito nem figura de juiz.*

45 Ergo cessante indemnitate tertij, & sequestro cessante, cessat omne fundamentum ad hoc, ut de dominio tertij summarie cognoscendum sit in eodem processu: imo in hoc casu acturus erit tertius ordinarie in actu separato ex incompatibilitate actionis ordinariæ, sicut in casu restitutionis immobilium, ut diximus *dubit. 49. à num. 19. cum sequentib.*

46 Secundo facit, quod de jure communi cognitio circa dominium est ordinaria *ex text. in cap. quoniam contra de probat. Marant. de ordin. judic. 4. part. dist. 9. num. 42. Parlador. rer. quotid. different. 137. num. 1. Moraes de execut. lib. 1. cap. 3. num. 55. versic. ex quo & cap. 1. num. 39. & cum Pegas diximus dubit. 50. num. 23. & probatur de jure Regni ex Ord. lib. 4. tit. 58. §. pen.*

47 Ergo dum Legislatur dicit §. 4. facit dominij cognitionem summarie agendam, & discutiendam, sine figura judicij, restringendus est ad casum facti sequestri tantummodo, & non extendendus ad omnem casum rerum mobilium, etiamsi non fiat sequestrum ratione idoneitatis: *lex enim correctoria non extenditur: ex celebri gloss. in authent. quas actiones Cod. de Sacros. Eccles. Aegid. de jur. & privileg. honestat. artic. 13. num. 30. & in l. 1. Cod. eod. tit. 1. part. in initio num. 18. & 35.*

48 Tertio facit, quod in casu, quo nec datur ratio suspicionis in defectu bonorum, nec sequestrum datur, qualis est casus immobilium, non facit Legislatur summariam allegationem tertij, ut patet ibi: *E sendo essa causa de raiz sem embargo de tal questam, & contenda movida pello terceiro será restituída.*

49 Ergo, quamvis sequestrum in casu mobilium fiat in favorem tertij, pro-

pter ejus indemnitatem; causa ordinaria in casu sequestri non fit summaria in favorem tertij, nec ratione rei, nec ratione causæ, sed solum in favorem sequestri, & spoliantis, à quo aufertur, & spoliati, in cujus præjudicium cognoscitur de dominio contra juris regulas: ex quo strictius interpretari cogimur non esse cognitionem summariam, quando non datur sequestratio: ex vulgari regula, de qua *Gusman. verit. 3. num. 27. & verit. II. num. 46. & num. 53. Aegid. supra.*

50 Contrarium vero in favorem tertij, quod scilicet in casu restitutionis rerum mobilium semper sit audiendus summarie, etiam si detentor sit solvendo, & sequestrum eo ipso non fiat, probatur primo: quia Legislatur in casu mobilium non solum occurrit indemnitati ipsius tertij cum sequestro, sed ulterius prosecutus fuit occurrendo malitijs unâ, eademque ratione: patet ibi: *Somente sabida a verdade, por se nam dar lugar às malicias, que doutra maneira facilmente se poderiam cometer, & fazer em tal caso.*

51 Ergo non in favorem sequestri, nec in favorem partium litigantium fecit Legislatur cognitionem tertij summariam: sed potius in favorem ipsius causæ, & ipsius casus, ne aperiretur via malitijs, ut expressit Legislatur pro ratione decidendi in verbis supra proxime relatis: sequendo regulam *legis in fundo ff. de reivindic. quem exornat Portug. 2. part. cap. 10. num. 133. & 3. part. cap. 38. num. 1. Guerreyr. de recusat. lib. 3. cap. II. num. 4.*

52 Timor autem malitiæ, in quo versetur, non satis liquet, & ex eo venit intelligenda ratio decidendi, & ipsa lex: putabam in eo fisti, quod facile (ut exprimit Legislatur) res mobilis à domino peti potest mutuata, ut quotidie experimur: & facile surripi potest, ut experimur plusquam quotidie. Sin autem, qui subripuit, vel mutuatus est, eam deponat, vel similiter mutuet, & postea in judicio eam petat à denegante, restituendus erit

ex contractu : *L. Bona fides 31. ad fin. ibi: Ei restituenda sunt, qui deposuit, quamvis male quæsitã deposuit ff. depositi & diximus dubit. 49.*

53 Causã itaque inter illos pendente, accedit tertius allegando dominium rei mobilis in forma prædictæ *Ord. dict. §. 4. ibi: Terceiro, que dice-se ser sua,* & quia, ut plurimum, nec habet probationem mutui ex communiter accidentibus in simili, nec probationem furti, quæ difficilis est, opponit actionem dominij ordinariam, & repellendus erit à iudicio summario, quia non habet actionem æquè summariam, & æquè privilegiatam, & mittendus ad actum separatim ordinariè tractandum, & discutiendum: ut diximus *dict. dubit. 49.*

54 In his terminis via aperiretur malitijs, & fraudibus quotidianis, si Legislator noster solitã providentia non occurreret, faciendo causam dominij allegati per tertium, summariam, ut insimul de eã cognosci possit unã cum cognitione summariã, de qua in ipsa causa principali inter litigantes, ut insimul eodem processu terminaretur, cui ex illis tradenda iudicaretur, ut patet ibi: *Ate que seja determinado a quem pertence de direito: casum ita reducendo ad proprios terminos text. in l. Bona fides ff. depositi secundum veriorum intellectum, de quo dict. dubit. 49. à num. 54. cum sequentibus.*

55 Qui quidem timor malitiæ, cum cesset in casu rerum immobilium, quæ nec subripiuntur, nec à communiter accidentibus sine aliquã probatione locantur, merito cessante ratione timoris de fraude facile committendã, cessat dispositio legis, quæ ideo non fecit causam tertij summariam contra naturam actionis: ita suadente regulã *L. Quod dictum ff. de pact. Portug. 2. part. cap. 10. num. 127. Barbosa. 1. part. l. 1. à num. 84. ff. solut. matrim.*

56 Probatur secundo, quia si timor malitiæ, seu præsumptio fraudis versaretur in terminis propositis circa tertij op-

ponentem, numquam audiretur, quin prius præsumptionem fraudis in continenti purgaret, probando scilicet primò dominium intra triduum, & postea litigando cum litigantibus; ut *dixim. dubit. 50. numer. 41. & 45.*

57 Probatur tertio, quia si Legislator noster in prædictã dispositione sentiret de præsumptione fraudis in ipso tertio, ne utiquam illi faveret, reducendo ipsius causam, & actionem ordinariam ad summariã cognitionem, quæ sæper cõsetur inducta in utilitatem publicam, & in favorem illius, qui petit tanquam dominus: ex ijs, quæ *cum Salgad. Pegas tom. 1. forens. cap. 1. num. 149. & 150. pag. 36.*

58 Nec obstat, quod in contrarium adducebamus supra *num. 43. cum sequentibus* quia Legislator noster in supradictã dispositione non solum occurrit tertij indemnitati per sequestrum, quando datur illi urgentia; sed etiam occurrit timori, & occasione fraudis, ut expressit; quam obviavit faciendo cognitionem summariam, ne dominus repelleretur, ac per consequens cessante ratione sequestri, adhuc viget ratio timendæ fraudis, ex qua sustinetur dispositio; ut regulare est *por text. in l. Liberorum §. 1. ff. de his, qui notantur infam. de quo Pinhey. de testament. disp. 2. sect. 9. num. 269. cum pluribus. Giurba in consuetud. Senat. Messan. cap. 1. gloss. 1. part. 1. num. 13.*

59 Nec obstat secundum, de quo *num. 46.* quia cum ratio decidendi, ex qua fit causa summaria, sistat in timore fraudis, quæ versatur tam in casu sequestri, quàm in casu, quo non fiat sequestratio; non procedit argumentum de extensione, quia potius dicitur comprehensio: *L. Illud Cod. de Sacros. Eccles. Maced. decis. 1. num. 29. Portug. lib. 1. Prælud. 2. §. 6. num. 44. & 2. part. cap. 10. numer. 112. & 3. part. cap. 26. numer. 37.*

60 Nec obstat tertium, de quo *num. 48.* quia respondetur ex dictis *num. 55.* quod ideo in casu rerum immobilium non fit causa tertij summaria, quia in ijs omnis

mnis timor fraudis committendæ: ut ibi diximus, & cessate ratione speciali, cessare debuit dispositum speciale, quod fecit summariam causam, quæ ordinaria erat *Molin. de Gusm. de verit. jur. verit. 31. à num. 26. cum sequentib.*

DUBITATIO LII.

RATIONE SPOLIJ Quo iudicio conveniendus sit Clericus?

Ad Ord. lib. 2. tit. I. §. 2.

SUMMARIUM.

- 1 **C**lericus pro spolio convenitur in foro seculari.
- 2 Iudex domicilij, & iudex rei sitæ sunt competentes in vi novâ: & num. 37.
- 3 Ord. lib. 2. tit. I. §. 2. procedit ex concordia, & num. 45.
- 4 Lex, quæ procedit ex concordia, non extenditur: & num. 35 & num. 46.
- 5 Casus conveniendi Clericum in foro rei sitæ est omissus: & num. 14.
- 6 Ergo decidendus à jure communi; & quomodo? Et num. 7. & 14. & num. 30.
- 8 Forum ratione rei sitæ, solum competit in actione reali, non personali.
- 9 Interdicta restitutoria dicuntur in rem scripta.
- 10 Et ideo comprehenduntur in Ord. lib. 3. tit. II. §. 5.
- 11 Actio Interdicti unde vi est personalis.
- 12 Ord. lib. 3. tit. II. §. 5. est correctoria: & num. 32. & num. 36.
- Ratio decidendi: num. 13.
- 15 Forum ratione rei sitæ non attendi-

- tur quoad Clericum.
- 16 Actiones possessoriae de jure communi intentari possunt in foro rei sitæ.
 - 17 Unde Clericus in illo conveniri potest.
 - Hujus ratio decidendi: & num. 18. & 19.
 - 20 Contrahentes censentur se conformare cum dispositione juris.
 - 21 Verba legis ubi non conveniunt, nec ejus dispositio convenit.
 - 22 Iudex secularis non cognoscit de dominio Clerici. Ord. lib. 3. tit. II. §. 6. versic. fin. illustratur ibid.
 - 23 Forum proprij domicilij omnibus est commune.
 - 24 Favor est habere plures iudices.
 - 25 Ratio decidendi Ord. lib. 3. tit. II. §. 5. & 6. & num. 26.
 - 26 Extra annum in vi veteri viget ratio abhorrendi spolium.
 - 28 Clericus tunc convenitur in foro rei sitæ pro vi novâ, quando ibi inveniatur.
 - 29 Reus secularis convenitur in foro rei sitæ, licet ibi non inveniatur.
 - 33 In uno qui gravat, in alio relevat.
 - 34 Praxis observat, ut spoliator conveniatur in foro rei sitæ, licet ibi non inveniatur.
 - 36 In vi veteri non convenitur spoliatus in foro rei sitæ, si ibi non inveniatur.
 - 37 Clericus convenitur pro vi novâ in iudicio curiali competenti, in causis miserabilium, & à num. 38.
 - 39 Clericus qui subjicitur iudici seculari, censetur subjici illi, qui competens sit: & num. 40.
 - Intellige num. 48.
 - 40 Qui vult autecedens, dicitur voluisse consequens: & num. 61.
 - 41 Iudex Curialis etiam competens est de jure communi in causis miserabilium.

- 42 *Casus omissus deciditur per jus cōmune.*
- 43 *Regis est creare Magistratus, & num. 63.*
- 45 *Ord. lib. 2. tit. 1. §. 2. ex concordia provenit.*
- 49 *Ord. lib. 3. tit. 5. §. 3. adducitur.*
- 50 *Argumentum à contrario sensu legis pro lege habetur.*
- 51 *Ord. lib. 2. tit. 1. §. 2. est exorbitans à jure communi.*
- 52 *Ergo strictè interpretanda: & à numer. 54.*
- 53 *Cujus Ord. ratio decidendi adducitur.*
- 56 *Judex Orphanorum est illius privativum.*
- 57 *Privilegium est vocare Reum extra domicilium.*
- 58 *Monetario non tribuendum maius privilegium, quam Sacerdoti.*
- 59 *Concordia non debet interpretari à solo iudice laico.*
- 64 *Princeps obligatur ex contractu.*

Ord. lib. 2. tit. 11. §. 5. de qua Gabr. Pereyr. de man. Reg. part. 2. cap. 39. num. 12. Ord. lib. 3. tit. 45. §. 10. ad fin.

3 Ratio dubitandi patet, quia *Ord. dict. lib. 2. dict. tit. 1. dict. §. 2.* quæ Clericos pro spolijs arctat ad iudicium sæculare, procedit ex concordia, ut exprimit idem Legislator *dict. tit. 1. ad finem princip. & fatetur Pereyr. de man. Reg. cap. 24. num. 2. & tenent D.D. citandi infra num. 45.*

4 Ergo cum iudex domicilij, & iudex rei sitæ sint competentes, intelligenda venit *Ord.* solum loqui de iudice domicilij ipsius Clerici; ne ad iudicem rei sitæ extendatur concordia, quæ procedit ex contractu, qui ampliari, nec extendi potest: *Gabr. Pereyr. de man. Reg. 1. part. cap. 21. num. 30. in fin. cum Cabed. decis. 140. num. 3. & dicemus infra num. 46.*

5 Secundo, quia casus iste, an scilicet Clericus conveniri possit ratione spoliij in foro sæculari competente ratione rei sitæ, omissus est in *Ord. lib. 2. tit. 1. §. 2. & omissus est etiam in citatis Ord. lib. 3. tit. 11. §. 5. & 6. & tit. 45. §. 10.* in quibus solum agitur de actione reivendicationis intra annum, ut ibi patet, & minime de actione spoliij.

6 Ergo tanquam casus omissus venit decidendus à jure communi, ut scilicet vel Clericus conveniendus sit in loco domicilij ex inito contractu, de quo *Ord. lib. 2. dict. tit. 1. dict. §. 2.* vel ex jure communi in iudicio Ecclesiastico, quod competens est Clericis, & non laicis: ut sanxit Legislator *lib. 3. dict. tit. 11. §. 6.*

7 Certum est enim casum omissum decidendum fore per dispositionem juris communis, præcipue non extante alio jure Regio, per quod decidendus veniat: *Ægid. ad l. 1. Cod. de Sacros. Eccles. 2. part. in initio num. 28. Pegas tom. 2. forens. cap. 20. pag. 1188. col. 2. in princip. Portug. 3. part. cap. 16. numer. 19.*

8 Ratio autem, quare Legislator no-

Diximus dubit. præcedent. num. 11. & 31. Clericum spoliantem in iudicio sæculari conveniri posse ad restitutionem rei spoliata:

estque expressa *Ord. lib. 2. tit. 1. §. 2.* quam exornant *Barbos. ad Ord. dict. tit. 1. dict. §. 2.* optime *Gabr. Pereyr. de man. Reg. 1. part. cap. 24.* per totum *Pegas tom. 2. forens. cap. 11. à numer. 173.* cum pluribus *Barbos. in l. Heres absens §. Proinde artic. de ratione rei sitæ num. 23. Oliv. de for. Eccles. part. 3. quæst. 23. num. 20. Maced. decis. 46. num. 1. & 20.*

2 De quo tamen iudice *Ord.* intelligenda sit, an solum de iudice domicilij ipsius Clerici, an etiam de iudice rei sitæ, non satis liquet: cum uterque iudex arbitrio agentis competens sit ad cognoscendum de actione intra annum:

ster lib. 3. dict. tit. II. §. 5. & 6. & tit. 45. §. 10. omiffum reliquit casum spolij; & solum rei-vendicationis expressit, in eo fisti videtur, quia forum ratione rei solum est competens pro actione reali, & non personali: ex text. in l. fin. Cod. ubi in rem act. & cap. fin. de foro compet. Oliva de foro Eccles. 3. part. quest. 23. n. 1. cū Barbof. in l. Heres absens § Proinde in artic. de foro ratione rei sitæ numer. 1. ff. de judic.

9 Unde, quamvis Interdicta restitutoria dicantur in rem scripta ex text. in l. 1. §. Interdicta ff. de Interdict. seu extraord. act. Posth. decis. 511. à num. 1. Portug. 2. part. cap. 20. num. 112. cum Olea de cess. jur. tit. 6. quest. 6. num. 30. Fermosin. in cap. sepe 18. de restit. spoliat. quest. 1. num. 2.

10 Et ideo comprehendere debet Legislato dict. tit. II. dict. §. 5. ut comprehendisse censent ampliando Oliva dict. 3. part. dict. quest. 23. num. 5. cum alijs, & Barbof. dict. artic. de foro ratione rei sitæ num. 10.

11 Tamen Interdicta, seu actiones possessorias noluit Legislato exprimere, quia verbalis videtur esse distinctio inter actionem in re, & actionem realem: cum textualis sit juris civilis decisio, quod actio interdicti unde vi est personalis: textus est in l. cum à te 7. ff. de vi & vi armata. ibi: Cum à te vi dejectus sim, si Ticius eandem rem possidere cæperit, non possum cum alio, quam tecum interdicto experiri. Ubi gloss. verbo non possum, concordantia jura refert: sequitur Menoch. de recuper. remed. 15. num. 64. Fermosin. in cap. sepe 18. de restit. spoliat. dict. quest. 1. dict. num. 2. ex text. in dict. l. cum à te 7. Cui non Respondent contrarium dicentes, nempe Olea, Portug. & Posth. supra citati.

12 Alia, & fortasse melior ratio decidendi consistit in eo, quod cum Legislato lib. 3. dict. tit. II. dict. §. 5. correcturus esset, & restricturus dispositionem juris communis, secundum quod erat perpetuum forum ratione rei sitæ,

& Legislato illud ad annū, & diem reduxit illo dicto §. 5. ut ostendunt Oliva dict. 3. part. dict. quest. 23. n. 8. ad finem Barbof. dict. artic. de for. ratione rei sitæ num. 18.

13 Noluit Legislato noster comprehendere interdicta, etiam ex eo, quod sint in rem scripta, ut dicunt DD. ne spoliatis faveret, & spoliatis noceret, quando forum rei sitæ ad annum restrictit contra jus commune: ut latius dicemus num. 25. & sequent.

14 Quacumque igitur ratione decidendi non despecta, hoc certum, quod casus iste conveniendi Clericum spoliatum in foro sæculari competente ratione rei sitæ, fuit omiffus in lege Regiæ, & decidendus à jure communi: L. Cum Praetor. ff. de judic. l. Commodissime ff. de liber. & posthum. Molin. de Gusm. de verit. jur. verit. 24. num. 14. & dicebamus cum alijs supra num. 7.

15 Tertio quia forum ratione rei sitæ non attenditur quoad Clericum conveniendum in judicio sæculari intra annum: Ord. lib. 3. dict. tit. II. §. 6. versic. fin. ibi: E se o possuidor for Clerigo de Ordens Sacras, ou Beneficiado sera demandado perante o seu Juiz Ecclesiastico, posto que seja demandado antes do anno, & dia, quer a couza seja situada onde elle for morador, quer em outra parte: Pungit Gabr Pereyr. de man. Reg. 2. part. cap. 39. num. 12.

16 Contrarium tamen verius, & tenendum est; quia certum est in jure communi, quod actiones possessoriae, & ex Interdictis & violentiâ descendentes intentari possunt in foro rei sitæ: est text. in l. unic. Cod. ubi de possessione agi oporteat ibi: Ubi aut vis facta dicitur, aut momentaria possessio postulanda est: ibi loci judicem adversus eum, qui possessionem turbavit, convenit judicare. Ubi D.D. & Cujac. in rubric. de jur. canon. tenet Gloss. in cap. 20. verbo contra possessorem de foro competenti.

17 Ergo ex prædicta dispositione ju-

ris cōmunis venit decidendus casus omissus in *Ord. lib. 2. tit. 1. dict. §. 2.* nempe coram quo iudice conveniendus sit Clericus; & per consequens tenendum fore videtur, quod coram iudice rei sitæ pulsari potest, tanquam de jure sit competens ad restituendas violentias iudex rei sitæ, cui se submittit Clerus: in prædicta *Ord. sentit Gabr. Pereyr. de man. Reg. cap. 39. num. 12. in fin. & observat præxis.*

18 Eo vel maxime, quando Clerici, sicut Vasalli sæculares, dum spolia committunt, justitiæ Ministros, & Regem offendunt, quia in eorum despectionem procedunt autoritate propria, & jus sibi dicunt contra utriusque juris prohibitionem, ut diximus *dubitat. 45. num. 16. cum sequentib.* & quando sunt etiam cives, & membra reipublicæ; ut cum pluribus tradit *Gom. de Moraes de execut. lib. 1. cap. 6. num. 4. & sequent.*

19 Ergo conveniri possunt in iudicio rei sitæ, & spolij commissi, in quo iudex offensus fuit, & justitia despecta, reponendo scilicet spolium ibi, ubi spolium fecerunt, ad imaginem scilicet delicti, & ex alijs rationibus, de quibus *Gabr. Pereyr. de man. Reg. dict. cap. 39. num. 10. & 11. & 12.* & ad quod respexisse videtur decisio textus in *dict. l. Unic. ibi: Convenit judicare,* & in rubrica *ibi Cod. Ubi de possessione agi oporteat.*

Ad Contraria.

20 **N**ec obstant in contrarium: quia ad primum de quo supra *num. 3. & 4.* respondetur concordiam non extendi ad forum ratione rei sitæ; cum de jure sit competens in actionibus possessorijs, ut diximus, & quando Clerus consensit in foro sæculari de jure competenti, qui sunt termini habiles: & quando contrahentes cum juris dispositione sese conformare censentur: *L. Quæro §. inter locatorem ff. locat. Cald. de*

empt. cap. 9. num. 10. Valasc. part. 2. conf. 134. num. 11. Portug. 2. part. cap. 24. num. 41. optime Carleval. de judic. tit. 3. disput. 5 num. 12.

21 Ad secundum, de quo *num. 5. & 6.* respondetur casum omissum decidendum fore per juris dispositionem, de qua supra *num. 16.* Clerus enim consensit expresse in iudicio sæculari ex *Ord. lib. 2. tit. 1. dict. §. 2.* & cum casus omissus sit solum quoad quale iudicium sæculare, non venit decidendus quoad Ecclesiæ forum, quod non est sæculare, cui conveniant verba legis, nec ejus dispositio: *argum. l. 4. §. Toties ff. de damn. infect. l. 2. Cod. comm. de legat. Portug. 2. part. cap. 10. num. 108.*

22 Ad tertium, de quo *num. 15.* respondetur Legislatorem nostrum *lib. 3. dict. tit. 11. §. 6.* non decidere circa actionem spolij, solum circa rei-vendicationem intra annum; ut patet ibi: *Sendo demandado por rei-vendicaçam,* de qua est intelligendus *versic. fin. in eodem §.* dum de Clerico loquitur, & cum remittit ad forum Ecclesiæ etiam intra annum & diem, quia cum in rei-vendicatione cognoscatur de dominio, fit incapax iudicandi iudex sæcularis contra Clericum: *Gabr. Pereyr. decis. 43. num. 11. & de man. Reg. cap. 24. num. 21. Gutierr. pract. lib. 3. quest. 30. num. 50. & num. fin. Cancer. lib. 3. var. cap. 16. numer. 135.*

23 Patet igitur, quod pro actione spolij intentanda competentia sunt duo iudicia, & in quocūque conveniri potest Clericus ex inita concordia, & *Ord.* primum scilicet procedit ex ratione rei sitæ, ut diximus: secundum provenit ex ratione proprii domicilij, quod omnibus est commune, & fortius: *Barb. in l. Hæres absens §. fin. à num. 33. & num. 40. ff. de judic.*

24 Quod quidem cedit in utilitatem causæ, & favorem spoliatorum, qui possunt ex duobus, quem malint, eligere iudicem: plures enim dari iudices ad cognoscendum publicè interest: ex *Sal-*

gad. Bobad. & alijs. Larrea alleg. 70. numer. 13. cum Covas lib. 2. var. cap. 10. num. 6.

Illationes.

25 **U**Nde infertur ad veriorem rationem decidendi, de qua supra num. 12. & 13. quare scilicet Legislator noster acturus lib. 3. tit. II. §. 5. & 6. de foro competenti ratione rei sitæ, solum expressit actionem rei-vendicationis, & omisit, non sine mysterio, actionem spolij, quando de jure communi pro actione spolij fit judicium competens ratione rei ut diximus supra numer. 2.

26 Sistit enim, ut ibi dicebamus, in eo quod restricturus erat Legislator perpetuitatem hujusmodi fori ad terminum unius anni, & unius diei, ut ibi patet: quo transactò, noluit locum habere forum ratione rei sitæ in rei-vendicatione: Unde noluit comprehendere actionem spolij, ne corrigendo jus commune, transactò anno, spoliatus non haberet electionem fori rei sitæ, & privaretur hujusmodi judicio, & electione, quando extra annum viget ratio spolij, & rationes illud abhorrentes, ut diximus dubit. 41. & dubit. 46.

27 Infertur secundo: Clericum non conveniri in judicio sæculari competenti ratione rei sitæ, ex eo, quod tale forum solum sit competens intra annum, cum potius perpetuum sit hujusmodi forum, ut diximus, sed ex eo convenitur, quia consensit intra annum respondere coram sæculari competenti de jure, qualis est judex rei sitæ, qui perpetuo est competens inter sæculares, & inter Clericos, eo anno, intra quem concordiam inveniunt; ex eo fortasse, quia magis offensa justitia, & respublica factò, scilicet, spoliatiivo, ut diximus dubit. 45. præcipue à num. 29.

28 Infertur tertio ad casum, in quo

Clericus conveniendus sit in foro sæculari competenti ratione rei sitæ, ut intelligatur, si Clericus inventus sit, in loco ipsius rei; quia si ibi non reperiatur, non poterit ad tale judicium vocari, & extrahi à judicio domicilij: hoc enim regulare est in omni casu quo judicium competens est ratione rei sitæ: tradunt *Barbos. in l. Heres absens §. Proinde artic. de foro, ratione rei sitæ num. 15. & 16. Oliva de foro Eccles. 3. part. quest. 23. num. 8.*

29 Neque obstat, quod de jure Regni conveniendus est Reus in foro rei sitæ intra annum, licet ibi non inveniat, ut bene probat Rubrica *Ord. lib. 3. dict. tit. II. ibi: Ainda que nam sejam achados em seu territorio: ex qua, & exemplis ipsius Ord. ita contra *Barbos. in dict. artic. num. 15. tenet *Oliva de foro Ecclesie 3. part. dict. quest. 23. numer. 8. versic. Lex autem.***

30 Respondetur enim ex dictis supra, Legislatorem illo tit. II. minime comprehendere voluisse actionem spolij, nec aliquid sanxisse, quoad forum ratione rei sitæ in causà spolij: ac per consequens cum in omnibus sit casus omissus, in omnibus decidendus venit à jure communi, tam ratione perpetuitatis, quod limitat *Ord. ibi, quam ratione Rei inventi in loco; quod etiam ibi limitat rubrica.*

41 Neque instes, quod in terminis propositis melioris conditionis extat rei-vendicans, qui vocare potest ad forum rei sitæ, quàm spoliatus, qui vocare non potest, si ibi spoliante non inveniat. Cum potius ratione facinoris, & in odium spolij contrarium potius decidendum esset *ex dictis dubit. 44. à num. 8.*

32 Respondetur enim, quod Legislator noster illo tit. II. cum possessorem absolveret à perpetuitate judicij competentis ratione rei sitæ, dum transactò anno illum dimittit ad judicem domicilij, gravavit illum in obligatione veniendi ad judicium rei sitæ intra annum, licet ibi non inveniretur, in quo jus commune correxit; *Oliv. de foro Eccles. dict. quest.*

23. dict. numer. 8.

33 At vero, circa spoliatorem, cum in nihilo eum relevasset, quia de eo non agi in nihilo etiam eum gravavit; & sicut de jure communi arctatur ad perpetuitatem judicij competentis ratione rei sitæ, quod est gravius, ita solum tenetur, si ibi inveniatur, quod est levius: sequendo scilicet mediam viam in uno gravans, in alio relevans: juxta regulam *text. in l. Eum qui 30. ff. de jur-jur. l. Secundum naturam ff. de regul. jur.*

34 Verum enim vero fatendum est, quod licet prædicta illatio in puncto juris verissima videatur, tamen in praxi contrariam sententiam vidimus observatam, ut scilicet spoliatores vocentur ad judicium rei sitæ, licet ibi non inveniatur, vel quia censentur comprehensi in ratione decidendi ejusdem *Ord. lib. 3. tit. II.* dum loquitur de possessore conveniendo intra annum: vel quia interdicta censentur in rem scripta, ex quo fit competens judicium ratione rei sitæ; ut diximus supra *num. 8. § 10.*

35 Sed cum prædicta praxis procedat per extensionem ex identitate rationis, nec debet observari contra Clericum non inventum in loco rei sitæ, quia concordia ex contractu non debet extendi, ut diximus supra *num. 4. & dicemus infra num. 46.*

36 Nec debet extendi contra sæculares in casu vis veteris extra annum, in quo spoliator conveniri nequibit in judicio rei sitæ, si ibi non inveniatur; quia de jure Regio solum intra annum, & diem arctatur conveniendus ad forum rei sitæ, si ibi non inveniatur; ut patet in rubro, & nigro *ejusd. Ord. dict. tit. II.* non extendendæ, quia contra jus commune est, ut fatentur *Oliva dict. quæst. 23. num. 8. & Barbof. dict. artic. de foro ratione rei sitæ numer. 18.*

An Clericus vocari possit ad judicium Curiale, ratione spoliij?

37 **I**nfertur quarto ad succedendam quæstionem; an scilicet Clericus pro spolio intra annum commissio, vocari possit extra domicilij judicium ad curiale competens ratione privilegij, nempe in casu spoliatæ viduæ: ex *Ord. lib. 3. tit. 5. §. 3.*

38 In qua quæstione, pro affirmativa sententia tradit judicatum *Thom. Vas alleg. 75. num. 6. Themud. 1. part. decis. 24. num. 34.* quibus non laudatis judicatum etiam refert *Pegas tom. 2. fo-rens. cap. 11. num. 172. & iterum num. 181.* Cujus quidem judicati, nec refert fundamenta, nec Senatorum suffragia transcribere voluit, sicut in alijs fecit, ut in nostram, & publicam utilitatem forensium, Tomum ediderit secundum.

39 Fundamentum tamen esse potest illius judicati, & affirmativæ sententiæ, quia dum Clericus pro spolio commissio subicitur judici sæculari ex *Ord. lib. 2. tit. 1. dict. §. 2.* per consequens subicitur videtur illi judici, qui competens sit ratione causæ, ut probat *Ord. dict. tit. 1. §. 20. & etiam §. 21. Gabr. Pereyr. de man. Reg. cap. 39. num. 12.*

40 Cum ergo Clerus voluit ex initia concordia, respondere coram giudice sæculari, per consequens censetur voluisse conveniri, & litigare, coram giudice, qui jure sit competens, sicut est Curialis Prætor: ex *dict. Ord. dict. tit. 5. dict. §. 3.* qui enim vult antecedens, dicitur & consequens voluisse: *L. Cuicumque §. pen. in fin. ff. de instit. action. refert Barbof. in locis comm. liter. C. num. 148. ex l. 1. §. 1. ff. si ususfructus petatur & l. 3. §. qui habet ff. de servitut. rustic. prædior. Guerreyr. de recusat. lib. 3. cap. 7. num. 39.*

41 Secundum esse potest fundamentum,

et ad Ord. lib. 2. tit. 1. §. 2. n.

tum, quia etsi consensus Cleri, de quo *Ord. lib. 2. tit. 1. §. 2.* non expresserit, imò omiserit competentem judicem, & an deberet intelligi de iudice curiali, aliàs pro spolio etiam competenti, recurrendum est ad jus commune, secundum quod iudex Curialis pro personis miserabilibus competens est: tam ex jure Regio, quod nobis est jus commune, de quo *Ord. lib. 3. tit. 5. dict. §. 3.* quàm ex jure communi, de quo *text. in l. Vnic. Cod. quando Imperator inter pupillos, vel viduas, vel miserabiles personas cognoscat: versic. fin.*

42 Ergo per dispositionem juris communis venit decidendus casus iste; an scilicet Clericus conveniri possit coram iudice Curiali, vel Clerus illi competenti iudici assentiret, tanquam casus omissus: *ex l. Commodissime ff. de liber. & posthum. diximus supra num. 7. & num. 14.* & probat *Ord. lib. 3. tit. 64. in princip. & §. 1.*

43 Tertium, quia consensus Cleri solum requirebatur, ut extrahi possit à iudicio Ecclesiastico sibi competenti ad iudicium sæculare, à quo erat exemptus; quem quidem generaliter, & sine restrictione præstitit: at vero quo ad hunc, vel illum iudicem iudicaturum, non requiritur Cleri consensus, cum in causis suæ potestati competentibus solius sit Regis creare Magistratus, & iudices iudicatos, prout sibi videbitur, Vasallis, & causis utilius: *ex l. Vnic. ff. ad l. Juliam & l. Quidam consulebant ff. de re judicat. Portug. 2. part. cap.*

12. à num. 5. cum pluribus & Ord. lib.

2. tit. 26. §.

I.



Defenditur negativa. sententia.

45 **C**ontrarium tamen verius, & tenendum suadeor primo; quia *Ord. lib. 2. tit. 1. dict. §. 2.* generaliter loquens de iudice sæculari procedit ex contractu in ita concordia; ut exprimit ibi in fine *princip.* & cum *Pereyr. de man. Reg. cap. 24. numer. 16.* asserit *Themud. 1. part. decis. 24. num. 5.* & cum alijs *Souza de Maced. decis. 46. num. 10.*

46 Ergo restringenda venit, & non amplianda ad iudicem concessum ex privilegio, favore personarum, qui alias regulariter loquendo non erat competens de jure ratione causæ, sive ratione solius spolij: *Gabr. Pereyr. de man. Reg. cap. 21. num. 30. in fin. & cap. 24. num. 17. & num. 19. & num. 24. in princip.*

47 Secundo, quia de jure communi, quod *Ord.* non correxit, iudex competens in causâ possessoriâ solum est iudex domicilij, vel iudex rei sitæ; si conveniendus ibi inveniatur, ut diximus supra *num. 2. & num. 28.*

48 Ergo secundum prædicti juris dispositionem contraxisse censentur Clerus, & Rex in concordia facta super causis spolij: in quâ non constat egisse, nec dubitasse circa iudices privilegiatos, vel circa personas habentes iudicem ex privilegio.

49 Tertio, quia iudex, vel Prætor Curialis, de quo agimus, non habet simpliciter, & tanquam Curialis, jurisdictionem cognoscendi de spolio, ut de eo iudicio intelligendus esset consensus Cleri; quia imò solum habet cognitionem spolij in casu, quo habeat qualitatem domicilij, quæ (semoto privilegio) illum reddit competentem: probat *Ord. lib. 3. tit. 5. dict. §. 3. ad fin. ibi: Se o ditto Corregedor, ou fuis estiver no lugar onde se a tal demanda devia tratar.*

50 Ergo per argumentum à contrario,

rio, si prætor non sit in loco domicilij, in quo cognoscendum erat de spolio, non habet jurisdictionem, in quâ consentire Clerus censendus sit; habetur enim pro lege contrarius sensus legis: *Reynof. observ. 42. num. 13. Valasc. de partic. cap. 16. num. 26. per text. in l. Qui testamento §. Mulier ff. de testament.*

51 Quarto, quia prædicta *Ord. lib. 2. dict. tit. 1. dict. §. 2.* arctans Clericos ad respondendum coram iudice laico est exorbitans à jure communi, secundum quod Clerici sunt exempti à jurisdictione sæculari: *Barbos. in l. 1. artic. 3. à num. 173. ff. de judic. Pegas tom. 2. forens. cap. 11. num. 129. Pereyr. decis. 43. num. 9. Souza de Maced. decis. 46. num. 10. Valasc. 1. part. conf. 93. num. 4. versic. Secundo.*

52 Ergo *Ord.* stricte interpretanda est, ut quamvis Clerus renuntiasset ex concordia privilegio fori Ecclesiastici ratione causæ, & spolii commissi, non exinde intelligendus sit renuntiasse privilegio fori ratione personarum, nec ratione specialis privilegii aliquibus ex diversâ causâ concessi: ut in simili arguit *Gabr. Pereyr. dict. decis. 43. num. fin. versic. Nec pariter: sentit Maced. dict. decis. 46. dict. num. 10. in fin. Valasc. dict. conf. 93. num. 4. multa tradit Carleval de judic. tit. 1. disput. 2. num. 307.*

53 Quinto, quia tota ratio, & finalis causa ejusdem contractûs, & concordie initæ, de qua *Ord. lib. 2. dict. tit. 1. dict. §. 2.* ea videtur fuisse, ut scilicet Princeps per suos iudices occurreret violentiis Vasallorum in perniciem reipublice commissis, ex suo Regali officio, quia PARENS PUBLICUS: per *text. in cap. Regû, & cap. Princeps 23. quæst. 5. Cevall. com. contra comm. quæst. 897. num. 104.*

54 Sed huic fini satis prospectum est per cognitionem iudicis laici in loco domicilij; & per appellationem ad Senatû sæcularem ex *Ord. lib. 3. tit. 48. §. 3.*

55 Ergo nulla datur ratio ex qua extendenda sit *Ord. lib. 2. tit. 1. §. 2. &*

contractus ex concordia ad iudices alios competentes solum personis ex ratione specialis privilegii, quod comprehendere, nec ligare potest Clericos: *extext in cap. si diligenti de for. competent. Vivian. de jur. patron. lib. 6. cap. 1. numer. 97. & 98. Gabr. Pereyr. de man. Reg. concordata 4. num. 38. & cap. 23. à numer. 1.*

56 Sexto, quia si prædicta *Ord.* Clericos compelleret ad respondendum coram iudice privilegiato ratione personarum, qui de spolio Clerici cognoscere posset, utique compelleretur respondere coram iudice orphanorum domicilij orphani spoliati; quia in causâ civili, vel civiliter intentata talis iudex est privativus ad causas orphanorum: *Ord. lib. 1. tit. 87. §. 45. ibi: Eterá o fuis dos orfãos jurisdicam em todos os feitos civis, em que os orfãos sejam Autores, ou Reos em quanto nam forem emancipados: judicatum tradit Barbos. ad Ord. lib. 3. tit. 5. §. 3. num. 21. Mendes 1. part. lib. 1. cap. 2. num. 22. & quæ Caldas ad l. Vnic. 1. part. à num 51. Cod. ex delict. defunct.*

57 Ergo cogere etiam in hoc casu Clericus respondere extra proprium domicilium contra jus commune, ut diximus: quod solum esset ratione privilegij specialis: privilegium est enim vocare Reum extra domicilium. *Ord. lib. 3. tit. 5. §. 3. & §. 5. quod imo interpretari debet, ut minus offendat jus tertij: Themud. 1. part. decis. 26. præcipue numer. 18. Cabed. 1. part. decis. 86. n. 9. Gabr. Pereyr. decis. 91. num. 2.*

58 Plane, si Clericus cogere etiam respondere coram iudice ita competente ex privilegio, non solum vocari posset ad Curiam, sed in Algarbiorum Regnum, si ibi orphanus iudicem haberet: ad quam consequentiam extendi non potest Cleri consensus, qui contraxit, & jurisdictionem tribuit sæculari iudicio: maxime quando in his terminis maius privilegium haberet Monetarius, quam Sacerdos, quia Monetarius non extrahitur à suo iudice

dice agente vidua, vel similibus privilegiatis: ex *Ord. lib. 2. tit. 62. §. 1.* sicut ipsi non extrahuntur inviti à iudice domicilij, ex ipsâ *Ord. lib. 3. dict. tit. 5. dict. §. 3.* quod est in jure quid considerabile ex ratione *text. in l. Vnica, Cod. quando Imperator inter pupil. vel vi- duas ibi: Atque omnis cautela servetur, ne terminos provinciarum suarum cogantur excedere.*

59 Tandem negari non poterit, quod saltem efficiatur res dubia, an per concordiam inter Clerum intelligatur Clericus adstrictus respondere coram iudice laico extra domicilium, & solum competente privilegij ratione; in quibus terminis nō possunt per se solos iudices interpretari concordiam: ex dictis à *Gabr. Pereyr. de man. Reg. 2. part. cap. 36. num. fin. ad fin.*

*Dissolvuntur in contrariū
adducta.*

60 **N**on obstant in contrarium; quia ad Senatūs placita, de quibus *D.D. citati num. 38.* respondetur Clericos, qui ibi responderunt coram Præsede Curiali, in urbe domicilium habere, & per consequens esse iudicium illud ratione rei sitæ de jure competens, semotâ ratione privilegij personalis: & parvi refert, quod in eâdem civitate coram isto, vel illo iudice responderent: ut cum *Gabr. Pereyr. de man. Reg. dicemus dubitat. 53. num. 16.*

61 Ad fundamentum, de quo *num. 39. & sequenti,* respondetur Clerum consensisse in iudicio sæculari, in quo detur competentia de jure ex natura rei, sive ratione spoliij: non tamen ubi iudex competens existat ex privilegio, cui assensisse Clerum minime constat: nec ex consensu generico Cleri concludenter inferatur ad consequens de iudice privato, quod necessario non sequitur ex antecedenti: *L. Cum lex ff. de fideiussor. Bar-*

bos. in loc. comm. liter. C num. 149.

62 Ad secundum, de quo à *num. 41.* respondetur, quod etsi de jure communi, & Regio concedatur miserabilibus privilegium eligendi iudicium Curiale, non ex hoc jure supplenda est indefinita concordia; quæ inita non fuit respectu personarum; sed ex alio jure venit intelligenda, quod versatur circa qualitatem ipsius causæ, sive spoliij, de quo inita fuit concordia: nempe ex *text. in l. Vnic. Cod. ubi de possession. agi oporteat. diximus num. 16.*

63 Ad tertium, de quo à *num. 43.* respondetur posse Principem creare quos maluerit iudices ad cognitionem causarum, & in privilegium personarum; quia ad Regale munus, & potestatem eos creare pertinet ex *Ord. lib. 2. tit. 26. §. 1. Portug. 2. part. cap. 12. à num. 5. cum sequentib. ut diximus supra num. 43.*

64 Sed ad ipsos iudices non posse extendi consensum, & concordiam, quæ ex contractu procedit, in cujus præjudicium Principem non posse voluisse, credendum est: cum Princeps ex contractu obligetur: *Gabr.*

Pereyr. de man. Reg.

2. part. cap. 64.

numer. 8. ad

finem



DUBI-

DUBITATIO LIII.

De anno computando in actione vis novæ.

Ad Ord. lib. 2. tit. 1. §. 2. &
lib. 3. tit. 48. in princip.
& §. 1.

SUMMARIUM.

- 1 Actio vis novæ interponenda intra annum.
- 2 Qui quidem annus utilis est.
- 3 Et solum currit à die scientiæ.
- 4 Nec currit, dato aliquo impedimento agentis, vel iudicis, vel partis.
- 5 Esse tamen annum continuum quoad Clericum, sic limitatâ Ord. dixerunt aliqui.
- 6 Qui rejiciuntur: & contrarium verius.
- 7 Contra minorem non currit annus.
- 8 Contrarium tamen, quod currat, & minor restituatur, tenet communis.
- 9 An minor restituatur contra Clericum?
- 10 Referuntur argumenta pro negativa: & num. 11. cum sequent.
- 11 Impedito non currit tempus; limitatur.
- 12 Minor non restituatur in multis casibus.
- 13 Restitutio non conceditur contra lapsum temporis conventionalis.
- 14 Restitutio non conceditur ei, qui agit de lucro captando contra eum, qui tractat de damno vitando.
- 15 Restitutio non datur privilegiato in genere contra privilegiatum in specie.
- 16 Minor non restituatur in exceptione

- declinatoriâ.
- 17 Solent leges exprimere tempus prescriptum relaxari posse per restitutionem.
 - 18 Verior est affirmativa sententia in praxi receptâ concedendi restitutionem contra Clericum.
 - 19 Fundamenta remissive.
Solutio argumentorum etiam probat: Ibidem.
 - 20 Annus incipit post beneficium restitutionis concessum.
 - 21 Quia ex tunc fingitur incipere.
 - 22 Minor dicitur læsus eo ipso, quod cogitur adire forum Ecclesiasticum.
 - 23 In foro seculari citius lites terminantur.
 - 24 In Ecclesiastico vero dispendiosius, & difficilius.
 - 25 Minori competit restitutio regulariter, dum non invenitur denegata.
 - 26 Opponitur cum Ord. lib. 3. tit. 20. §. 19. & tit. 41. §. 7. quæ intelliguntur: num. 27.
 - 27 Restitutio non conceditur, si petatur malitiosè.
Nec, si petitur sine læsione ibid.
 - 28 Annus in vi novâ est tempus legale.
 - 29 Spoliatus agi de damno vitando.
 - 30 Clericus in vi novâ non habet privilegium.
 - 32 Minor restituatur cōtra omissionē declinandi.
 - 33 Substantia restitutionis in læsione consistit.
 - 34 Argumentum à contrario non valet contra jus.
 - 35 Intra quantum tempus petenda sit restitutio? Et à num. 36. cum sequentibus.
 - 37 Referuntur DD. qui questionem tetigerunt.
 - 38 Ord. lib. 3. tit. 64. §. 1. jubet observare opinionem Bartoli.
 - 39 Restitutio conceditur ad tantum tempus quantum fuit lapsum.

- 40 Restitutio impetranda, & obtinenda intra quadriennium.
Ord. lib. 4. tit. 79. §. 2. inducitur: ibidem.
In lege nō admittitur verbū otiosum: ibi.
- 41 Restitutio petitur in ipso libello, ut observat praxis.
- 42 Minor in vi novā debet petere restitutionem intra annum post completam legitimam aetatem.
- 43 Ratio est, quia corroditur illud tempus, & non habet quadriennium: & num. 45.
- 44 Ecclesia tamen semper habet quadriennium.
- 46 Ecclesia semper dicitur in minori aetate.
- 47 Argumentum à simili non habet locum, quando datur diversa ratio.
- 48 Sententia Bart. & Accursi. sequenda ex Ord. lib. 3. tit. 64. §. 1. & numer. 49.
- 50 Minor, ut agat vi novā non indiget beneficio restitutionis: & numer. 54.
- 51 Præscriptio, quæ non excedat decem annos, non currit contra minorem: & num. 54.
- 52 Ord. lib. 4. tit. 32. in princip. adducitur.
- 53 Aliter in præscriptione, & tempore, quod excedat decem annos: quod currit, & datur restitutio.
- 55 Intellige, seu limita, quando tempus incipit contra defunctum, & perficitur contra minorem, quia currit præscriptio, & datur restitutio.
- 56 Restitutio tunc petenda intra tantum tempus, quantum fuit lapsum.
- 57 Restitutio non datur, quando præscriptio fuit completa in maiori aetate.
- 59 Afferuntur leges Regiæ, quæ agunt de tempore, quo restitui potest.
- 60 Minor ad petendam restitutionem cō-

tra lapsum petenda renovationis, habet annum.

- 61 Ord. lib. 4. tit. 79. §. 2. intelligitur: & numeris sequent.
- 64 Ord. lib. 3. tit. 41. §. 6. intelligitur: & num. sequent.
- 66 Ad petendam restitutionem contra sententiam, quod tempus concedatur?
- 67 Restitutio contra acta, seu lesionem in processu ante sententiam prolatam, intra quod tempus peti debeat.
- 68 Ad appellandum, restitutio peti debet intra decem dies.



- A**ctionem vis novæ ex Interdicto unde vi proponendam fore in iudicio intra annum, indubitati juris est per text in l. 1. ff. de vi, & vi armata l. 2. Cod. unde vi. Ord. lib. 2. tit. 1. §. 2. & lib. 3. tit. 48. in princip. & §. 1. Cabed. 1. part. decis. 82. Themud. decis. 2. num. 16. Thom. Vas alleg. 58. num. 1. & 13. Maced. decis. 46. num. 11. Gabr. Pereyr. de man. Reg. 1. part. cap. 29. num. 8.
- 2 Annus autem ad prædictum effectum utilis est: per text. in dict. l. 1. §. Annus ff. de vi, & vi armat. l. 1. ff. de divers. & tempor. præscript. l. Vi pulsos Cod. unde vi Pereyr. de man. Reg. 1. part. cap. 24. num. 3. versic. ibi pro vi & cap. 29. num. 8. Maced. dict. decis. 46. num. 11. Vas dict. allegat. 58. num. 5. Cabed. 1. part. decis. 82. num. 6. in fin. Portug. 2. part. cap. 13. 132. Pegas tom. 2. forens. cap. 11. num. 185. & numer. 186. ubi iudicatum: & pag. 919. col. 1.
- 3 Unde provenit, seu idem est atq. dicere, quod huiusmodi annus non currit nisi à die scientiæ commissi spoliij: Thom. Vas alleg. 58. num. 1. Pereyr. de man. Reg. 1. part. cap. 24. num. 3. versic. ibi pro vi, & cap. 29. num. 9. Barb. ad

ad Ord. lib. 3. tit. 48. in princip. num.
 2. Cardos. in praxi verbo Interdictum
 num. 20. Pegas tom. 2. forens. cap. II.
 pag. 919. col. 1. Valasc. cons. 95. num.
 12. Caldas cons. 30. num. 34.

4 Nec currit prædictus annus dato
 aliquo impedimento, vel ex parte Acto-
 ris, vel Rei, vel Judicis: est doctrina glos-
 se non solitæ allegari in l. supervacua
 7. liter. F. Cod. de tempor. in integr. re-
 stit. Thom. Vas allegat. 58. num. 1. Pe-
 reyr. de man. Reg. 1. part. cap. 24. num.
 3. versic. ibi pro vi, & cap. 29. num. 9.
 Barbos. ad Ord. lib. 3. tit. 48. in prin-
 cip. num. 3. Pegas tom. 2. forens. cap.
 II. pag. 919. col. 1. Portug. 2. part. cap.
 13. num. 133. quod bene profequitur ibi
 à num. 135. &, quæ Gusman. de verit.
 jur. verit. 4. à num. 25.

5 Prædictam tamen doctrinam limi-
 tandam fore in casu spolij à Clerico com-
 missi, & super quo conveniendus erit in-
 tra annum ex Ord. lib. 2. tit. 1. §. 2. in
 quibus terminis potius annum continu-
 um esse, quia Ord. exorbitans à jure,
 tenuit Cabed. 1. part. decis. 82. num. 6.
 à quo non dissentit Sous. de Maced. de-
 cis. 46. num. 12.

6 Sed merito prædictam limitationē
 rejiciunt etiam in terminis Ord. lib. 2.
 tit. 1. §. 2. in casu scilicet spolij commis-
 si à Clerico conveniendo in foro sæcula-
 ri, ex fundamentis, quæ referunt Pereyr.
 de man. Reg. 1. part. cap. 29. num. 8.
 Portug. 2. part. cap. 13. numer. 132.
 tetigit idem Pereyr. cap. 24. num. 3.
 versic. dubitari in princip.

7 Minori autem, & illis, qui restitu-
 tionis beneficio gaudent, à quo tempore
 computandus sit annus, dubitationis est;
 in quâ, contra communem, non currere
 annum tradit judicatum Cabed. 1. part.
 dict. decis. 82. num. 8.

8 Contrarium vero, currere annum
 scilicet à die scientiæ, restituendum tamen
 fore minorē ad temporis lapsū judicatum
 tradit Thom. Vas alleg. 58. num. 6. quo
 laudato & Cald. consil. 30. num. 33. &
 Cabedorejecto, tenet Pereyr. de man. Reg.

1. part. cap. 29. num. 8. Barbos. ad Ord.
 lib. 3. tit. 48. in princip. num. 4. Senator
 apud Pegas tom. 2. forens. cap. II. pag.
 845. col. 1. & judicatum ibi num. 185. a-
 lios refert remissive num. 187. & non ne-
 gat idem Cabed. dict. decis. 82. in fin.

An minori concedenda sit restitu- tio contra Clericum?

9 **A**N autem idem dicendum sit
 quando Clericus est reus, vel
 Ecclesia fuit spoliatrix, an
 contra Clericus minor sit restituendus ad
 hoc, ut post annum elapsū pulsare possit
 in judicio sæculari? Dubitat Souza de
 Maced. dict. decis. 46. num. 14. & nega-
 tivam ex fundamentis, quibus nullus, quē
 viderim, respondet, tanquam in puncto
 juris: veriore defendit Gabr. Pereyr.
 de man. Reg. 1. part. cap. 24. num. 3.
 versic. Dubitari solet.

10 Probat, seu arguit primo: quia
 contractus, & concordia inter Clerum
 solum fecit judicem sæcularem capacem
 intra annum; post annum vero incapax est
 ad cognoscendum: ergo non est locus re-
 stitutiōni contra Clericum: ita Pereyr.
 dict. cap. 24. dict. num. 3. dict. versic.
 Dubitari in princip.

11 Secundo: quia, si minor non re-
 stituatur contra Clericum, adhuc poterit
 agere contra illum ordinariē: ergo in hoc
 casu minor non erit restituendus contra
 formam contractūs; imo limitanda do-
 ctrina asserens, quod impedito non cur-
 rit tempus, de qua Bart. & Cabed. de-
 cis. 76. num. 6. quos citat ita arguens
 Gabr. Pereyr. dict. cap. 24. dict. num.
 3. dict. versic. Dubitari, post principi-
 um.

12 Tertio: quia dantur plures casus
 in jure, in quibus minor non restituitur,
 quorum aliquos enumerat Pereyr. ibi-
 dem: ac si idem foret dicendum in casu,
 de quo agimus, & arguit Gabr. Pereyr.
 dict. num. 3. dict. versic. Dubitari ante

med. 13 Quarto, quia restitutio non conceditur contra lapsum temporis conventionalis, quale est tempus anni quod provenit ex concordia: ergo non debet restitutio concedi, & suscitare extinctam jurisdictionem: ita *Gabr. Pereyr. dict. cap. 24. dict. num. 3. dict. versic. Dubitari in med.*

14 Quinto: quia minor in his terminis agit de lucro captando, Clericus vero reus de damno vitando, ex quo fundamento denegari debet restitutio agentis: *Argument. l. 1. Cod. si adversus libert. Pereyr. dict. num. 3. dict. versic. Dubitari in medio.*

15 Sexto, quia Ecclesia, in casu de quo agimus, cum rei vices subit, manet privilegiata in specie, minor vero in genere, & ex hoc fundamento minor agens non utitur suo privilegio: *ex Bart. in authent. quas actiones de Sacros. Eccles. Pereyr. dict. cap. 24. dict. num. 3. dict. versic. Dubitari post med.*

16 Septimo, quia in propositis terminis minor quatenus restitutionis beneficii implorat in effectu, id est, atque petere restitutionem contra exceptionem declinatoriam fori; quo casu non restituitur, quia parum interest an hoc vel illo iudicio agat: *per text. in l. scio ff. de integr. restit. cum alijs Pereyr. dict. num. 3. dict. versic. Dubitari ante fin. & sine læsione non conceditur restitutio. Portug. 2. part. cap. 11. num. 47. & cap. 18. num. 83. in fin. & part. 3. cap. 32. n. 19. fin. Valeron de transact. tit. 4. quest. 1. num. 44.*

17 Octavo tandem, quia solent leges Regiæ, quando tempus præscribunt, quod per restitutionem relaxari posse de-
eidunt, illud statim exprimere; ut in *lib. 3. tit. 20. §. 19. & tit. 41. & alijs refert Pereyr. dict. cap. 24. dict. num. 3. versic. Ex quibus:*

18 Quibus non obstantibus, verissima est sententia affirmativa in praxi recepta, quod scilicet, etiam contra Clericum spoliante[m] concedatur minori spo-

liato, & similibus beneficium restitutionis ad anni lapsum, ut etiam post illum pulsare possit Clericum in iudicio sæculari: ut fatetur is ipse *Pereyr. dict. cap. 24. dict. num. 3. in fin. ubi se remittit ad cap. 29. num. 8. iudicatum refert Thom. Vas alleg. 58. num. 6. iudicatum etiam tradit Cabed. 1. part. decis. 82. num. 7. & 8.*

19 Fundamenta hujus verioris affirmativæ sententiæ, ne transcribamus sive utilitate, & necessitate, ut nostri instituti est, videri debent per jura expressa apud *Cabed. 1. part. dict. decis. 82. num. 7. pro quibus facit solutio, quam præstare conamur ad contraria, sequendo consilium, de quo Surd. consil. 17. num. 17. Gusm. de verit. jur. verit. 4. numer. 13.*

Dissolvuntur in contrarium adducta.

20 **A**D primum igitur, de quo supra num. 10. respondetur: quod, etsi capacitas iudicis sit solum intra annum, non expressit *Ord. lib. 2. tit. 1. §. 2. nec concordia, quæ nititur quomodo annuum sit computandus, imò hoc relinquit in dispositione juris; quo attento, annus currit à die, quo minor habeat legitimam ætatem, vel à die, quo restituitur ad tempus præteritum, & lapsum; & in his terminis semper datur capacitas in iudice; quia semper intra annum dicitur conveniri; optime *Cabed. 1. part. dict. decis. 82. num. fin.**

21 Eo vel maxime, quando concessio beneficio restitutionis in integrum; actus, & tempus lapsum non dicitur jure lapsum, imò reducitur ad principium, & tunc fingitur incipere: *Portug. 2. part. cap. 29. num. 30. & num. 77. Pinbeyr. de testam. disp. 2. sect. 10. num. 513. ad finem. facit Ord. lib. 3. tit. 41. in fin. principij & lib. 4. tit. 79. §. 2. in fin.*

22 Ad secundum, de quo num. 11. ref-

respondetur, quod etsi minor adhuc possit agere ordinarie contra Clericum, cum audiendus veniat in iudicio Ecclesiastico, eo ipso censetur læsus, & sibi competit beneficium restitutionis: *Thom. Vas allegat. 58. num. 6. Cabed. 1. part. decis. 82. num. 7. ad fin. cum Molina de primog. lib. 3. cap. 13. num. 61.*

23 Quia in iudicio sæculari acturus erit, & audiendus minor summariè intra annum *Gabr. Pereyr. de man Reg. cap. 24. num. 3. versic. ibi pro vi & diximus dubit. 40. num. 42. & ubi lites citius finiuntur Thom. Vas dict. alleg. 58. numer. 6.*

24 Extra annum vero audiendus erit ordinariè, ut dicit argumentum, & coram iudice Ecclesiastico, ubi difficilius est, & dispendiosius agere: *Cabed. 1. part. dict. decis. 82. num. 7. ad fin. Gusman. de verit. jur. verit. 35. n. 10. § 14. Thom. Vas ad reformat. justitiæ in proæmio num. 7. Larrea decis. 6. num. 11.*

25 Ad tertium, de quo *numer. 12.* respondetur, quod etsi minor non restituatur in aliquibus, necesse est, quod expresse lex excludat beneficium restitutionis: quia alias datur regula in contrarium, quod scilicet restitutio minori non sit deneganda, imo concedenda, dum non reperitur prohibita: *Caldas ad l. Si curatorem verbo minoribus numer. 55. in fin. & verbo implorare, à num. 46. Cod. de integr. restit. Barbof. in l. Quia tale 14. num. 58. ff. solut. matrim. & in l. Sicut 3. num. fin. Cod. de præscript. 30. vel 40. Gusman. de verit. juris verit. 34. num. 4. & latius num. 8.*

26 Nec obstat in contrarium *Ord. lib. 3. tit. 20. §. 19. in fin. ibi: Ou por beneficio de restituiçam, sendo cazo, em que por direito lhe deva ser outorgada, & lib. 3. tit. 41. §. 7. ibi: Senam nos cazos, & na forma, que o direito manda* ex quibus probari videtur, quod beneficium restitutionis non conceditur nisi in casibus à jure expressis.

27 Respondetur enim, prædictas leges Regias, ne jus commune videantur

corrigere, & derogare, intellegendas esse de casibus, in quibus, vel restitutio malitiosè imploratur, quia concedi nequit ex *Ord. lib. 3. dict. tit. 41. §. 5. vel imploratur, sine læsione, sine qua concedenda non erit ex DD. citatis supra num. 16. & est regulare: Valeron. de transact. tit. 6. quæst. 2. num. 39.*

28 Ad quartum, de quo supra *num. 13.* respondetur minorem in his terminis non restitui adversus tempus, super quo contraxisset, nec super conventionem, quam fecisset: est enim tempus anni, tempus legale potius quam conventionale, quia ante concordiam jam erat legale hoc tempus unius anni: ex *text. in l. 1. §. annus ff. de vi, & vi armat. l. 2. Cod. unde vi, fatentur Maced. decis. 46. numer. 11. Vas alleg. 58. num. 13. Cab. 1. part. decis. 82. Cardos. in praxi verbo Interdictum num. 20.*

29 Ad quintum de quo *num. 14.* respondetur negando suppositum; quia imò potius maior agit de damno resarciendo, in quo non consideratur lucrum, quod petat, sed damnum, quod patitur: ex ijs, quæ idem *Pereyr. dict. cap. 24. num. 16. inducens text. in l. 2. §. Sed si agat ff. de judic.*

Ad sextum de quo *num. 15.* respondetur etiam negando suppositum, quia privilegio, si quod habebat Clerus ad hoc ut super possessorio non responderet in foro Regis (de quo dubitant *Maced. diàs 46. num. 10. & ipse Pereyr. cap. 24. à num. 1.*) renuntiavit per concordiam; & quoad competentiam iudicij, de qua agimus, nullum privilegium habet, contra quod minor restituatur.

31 Ad septimum, de quo *num. 16.* respondetur, quod etsi demus minorem, dum restitutionis beneficium petit contra temporis lapsum ad agendum, & proponendam actionem, restitutionem petere in effectu contra omissionem declinatoriæ (quod quidem, quoad me, est quid fictum, & imaginarium,) adhuc restituendus erit ex læsione, de qua diximus su-

pra num. 23. & 24.

32 Quia datâ læsione circa competentiam iudicij, jam debetur minori restitutio, ut tenent D.D. citati dict. num. 23. & 24. & fatetur is ipse *Pereyr. dict. cap. 24. dict. num. 3. dict. versic. Dubitari, post medium, & in fine.*

33 Cum substantia restitutionis in læsione consistat: *Portug. 2. part. cap. 18. num. 83. & 3. part. cap. 32. num. 19. Valeron de transact. tit. 4. quest. 1. num. 44. Flores lib. 1. var. quest. 5. num. 35.*

34 Ad octavum, de quo tandem numer. 17. respondetur, quod etsi in aliquibus Regijs sanctionibus expresse concedatur beneficium restitutionis, exinde nõ potest sumi argumentum à contrario, quod in alijs ubi detur læsio minoribus, non sit concedenda, quia cum regula sit in contrarium, de qua supra num. 25. non valet argumentum à contrario: *l. 2. Cod. de condit. incert. Carvalh. ad cap. Raynaldus de testament. 2. part. num. 314. Pinbeyr. de testament. disput. 1. sect. 6. num. 376. Carleval de judic. tit. 3. disput. 3. num. 10.*

35 Unde cum in terminis *Ord. lib. 2. tit. 1. §. 2.* non denegetur expresse beneficium restitutionis contra anni lapsum in casu, quo spoliato agenti illud competat, imo sit casus omissus, bene per dispositionem juris restitutio competit ex læsione, juxta supra dicta: & manet defensata affirmativa sententia in praxi recepta.

Intra quantum tempus peti debet beneficium restitutionis?

36 **M**Ajoris sane dubitationis est, intra quantum tempus petenda sit hujusmodi restitutio ad lapsum anni, quo proponenda esset actio vis novæ? Quam à DD. nostris discussam non

invenio, cum quotidiana, & non contemnenda videatur ex infra dicendis.

37 Glossa in *Clement. 1. verbo si minus de restitutione in integrũ* ita quaestionem subinvolvit, ut opiniones Legistarum confundere, & rejicere conetur, ut patet ibi, & in figuratione casus: quam tamen glossam reprehendit *Bart. in l. fin. Cod. de tẽpor. in integr. rest.* ut refert glossa ibi in dict. *l. verbo cõtinuatio in addit.* Paucis se expedit *Gom. secund. var. cap. 14. num. 7. Gusman. de verit. jur. verit. 35. num. fin.* Paucis adjectis noster *Cald. ad l. Si Curatorem verbo infra legitim. tempus num. 8. Cod. de in integr. restit.* ubi citat glossas in *l. Sed etsi per prætorem 26. §. Quoties 8. ff. ex quibus caus. maior. & in l. Divus 7. ff. de in integr. restit.*

38 Ne igitur glossarum sententias referens magis confundar, & prolixior sim, placet distinctioni adhærere, de qua *Bald. de præscript. 1. part. sexta princip. numer. 27. & 28.* quia cum *Bart.* referat, sequendum jubet *Ord. lib. 3. tit. 64. §. 1.*

39 Aut enim quaeritur primo, ad quantum tempus restitui debet, qui restitutionem petit? In quo dubio resolvitur, quod restitutio debet fieri ad tantum tempus, quantum fuit lapsum, ut læsio dari possit; hoc est, ad annum, vel biennium; vel diem, vel decemdiem, quod contra minorem læsum fuit transactum: per *text. in dict. l. Sed si per Prætorem 26. §. Quoties 8. ff. ex quibus 8. ff. quibus causis maiores, & alijs Balb. dict. 1. part. 6. princip. num. 27. Gusm. de verit. jur. verit. 35. num. 14. Gom. de Moraes de execut. lib. 2. cap. fin. n. 69.* Faciunt, quæ *Thom. Vas alleg. 89. num. 16.*

40 Aut quaeritur secundo, intra quod tempus terminari debeat instantia, qua restitutio imploratur? In quo dubio resolvitur quod, etsi illico restitutio non concedatur, habet quadriennium, ut instantia terminetur: *Balbus dict. 1. part. sexta princip. num. 28. cum Balb. &*

& probare videtur *Ord. lib. 4. tit. 79. §. 2. ibi: Com tanto que do tempo, que elle chegar à idade de vinte e cinco annos até quatro annos cumpridos, em que fará vinte e nove annos, a peça, & impetre: & pedida, & impetrada a restituçam;* ubi verbum *impetre*, & verbum geminatum *impetrada* otiosum esset, nisi ita intelligatur; quod non est admittendum; ex *dictis dubit. 6. num. 17.*

41 Quod in praxi otiosum redditur, quia in ipso libello, quo deducitur actio, imploratur ipsa in integrum restitutio; ut praxis obiervat, & de illa testatur cum *Parlador Gusm. dict. verit. 35. in fin. Flores lib. 1. var. quæst. 5. numer. 72.*

42 Aut quæritur tertio, intra quod tempus peti debet beneficium restitutionis post ætatem completam in minore? In quo dubio (quod est difficilius, & de quo agimus) resolvendum est peti debere restitutionem intra tantum tempus, quantum est tempus læsionis: nempe in actione vis novæ intra annum, & diem; quia tantum tempus pro actione interponendâ concessum est à jure: ita ex *Bart. & pluribus alijs* communem dicit *Balbus dict. num. 28.* communem refert *Caldas dict. verbo infra legitimum tempus dict. num. 8.* sequitur *Gusman. dict. verit. 35. num. fin.*

43 Ratio est, quia illud tempus, in quo minor cessante impedimento ætatis, vel maior cessante absentia, vel simili impedimento, negligens fuit in implorandâ restitutione, corrodit tempus, quod erat restituendum, & sic per indirectum excluditur ante quadriennium: verba sūt, quæ cum *Salicet.* refert *Balb. de præscript. 1. part. sexta princip. dict. num. 28.* & in negligentia etiam fundatur sententia *gloss. in l. Divus 7. §. 1. verbo restituere ff. de in integrum restitution. & in l. Sed etsi 26. §. Quoties 8. verbo unius ff. ex quibus causis maiores.*

44 A qua opinione, sive communi sententia recedit *Gom. 2. var. cap. 14. num. 7.* sine aliquo expresso fundamen-

to, & duobus expressis, recedit etiam noster *Caldas ad leg. Si curatorem verbo infra legitim. temp. dict. num. 8.* primum, quia non datur specialis ratio differentia inter minorem, & Ecclesiam; quando [& est secundum] Ecclesie semper, & omni casu quadriennium conceditur ad petendam restitutionem, sive sit ad modicum tempus elapsum minus quadriennio: ex *text. in Clem. 1. de restit. in integrum. Gusm. de verit. jur. verit. 35. num. fin. ad fin.*

45 Immerito tamen à communi recedunt, quia primo fundamento satisfit ex eo, quod cum ratio coarctandi quadriennium consistat in negligentia illius, qui jam habet maiorem ætatem, & negligit restitutionem petere, ut cum communi tradit *Balb. de præscript. 1. part. sexta princip. dict. num. 28. & cum Bart. versic.* Aliud est.

46 Ideo Ecclesiam non comprehendit negligentia ratio, quia cum nunquam sit facta maior, imo semper induret causa restitutionis, & privilegij, & semper sit in minori ætate, ut dicit *Gusman. dict. verit. 35. num. 13.* Nihil mirum quod semper Ecclesie concedatur quadriennium ad petendam restitutionem, etiam modici temporis, quod sit minus ipso quadriennio: ut decidit *text. in dict. Clem. 1. de restit. in integrum: Balb. dict. numer. 28. & versic.* Aliud est. *Gusm. dict. verit. 35. num. fin. Caldas dict. numer. 8. Gomes dict. num. 7.*

47 Secundo fundamento, de quo *Cald. dict. verbo infra legitim. temp. dict. num. 8.* de quo supra *num. 44.* satisfit ex eo, quod etiam *text. in dict. Clement. 1.* non loquitur de minoribus: & solum ab eo argumentatur à simili; quod quidem argumentum, quando datur diversa ratio, de qua tetigimus *num. 45. & 46.* non habet locum: *Cabed. diversor. jur. lib. 2. cap. 4. à num. 1. Caldas de resolut. Emphyt. cap. 2. num. 26.*

48 Satisfit etiam ex eo, quod prædicta communis sententia est *Bart.* ut testantur *Balb. dict. num. 28. & Gusman. dict.*

dict. num. fin. & est Accursij, ut fatetur ipsa glossa in dict. Clement. 1. verbo si minus de restit. in integrum, & constat ex glossa in l. Divus 7. §. 1. verbo restituere ff. de in integrum restit. gloss. in l. Sed etsi 26. §. Quoties 8. verbo unius ff. ex quib. caus. maior.

49 Ergo cum non sit materia peccati, sequenda est eorum sententia per legem nostram *lib. 3. tit. 64. §. 1. Portug. 3. part. cap. 19. num. 48. in fin. Carvalh. in cap. Raynaldus de testament 2. part. numer. 70. & 4. part. cap. 3. numer. 49.*

Ad actionem vis novæ intentandam, non indiget minor beneficio restitutionis:

50 **O**Mnia prædicta ideo referre volui, ut sententiam in praxi receptam, dum minori in causâ vis novæ ex anni lapsu beneficium restitutionis concedit, potius defenderem, quam ex voto sequerer; cum aliud in puncto juris verius censeam: imo minorem beneficio restitutionis non indigere, ut obiter dixit *Cabed. 1. part. dict. decis. 82. num. fin.*

51 Patet; quia nullum tempus, quod sit minus quam decem anni, seu nulla præscriptio decennialis currit contra minorem, nisi postquam fuerit factus maior: *ex text. in l. Non est incognitum 3. Cod. quibus non objicitur long. tempor. præscriptio l. Sancimus 5. Cod. in quib. caus. in integr. restit. necessaria non est. Barbosa. ad l. Sicut 3. num. 339. Cod. de præscript. 30. vel 40.*

52 Quam quidem juris communis resolutionem amplexus fuit Legislator noster *lib. 4. tit. 32. in fine princip. ibi: Porem aos menores de vinte e cinco annos começaram de correr os dittos tres annos tanto, que chegarem a idade de vinte e cinco.*

53 Quamvis in cæteris præscriptionibus, & in alio tempore, quod sit maius decennio, currat tempus contra maiorem quatuordecim annorum, licet postea restituatur intra quadriennium *ex Ord. lib. 3. tit. 79. §. 2. de jure communi ostendit Barbosa. in dict. l. Sicut 3. à num. 331. Cod. de præscriptionibus 30 vel 40. annor.*

54 Unde cum tempus ad actionem intentandam in materia vis novæ, de qua agimus, sit spatium unius anni, & diei, ut diximus supra *num. 1. merito non currit contra minorem, nisi postquam factus sit maior: ut dicit Cabed. dict. decis. 82. dict. num. fin. & non est necessaria restitutio ex dict. l. Sancimus, & ex dict. l. non est incognitum; quamvis de jure antiquo contrarium esset ex his, quos Barbosa. in dict. l. Sicut numer. 340.*

55 Quod tamen limitatur, quando præscriptio habuit initium in persona defuncti, & impleta est, durante minori ætate hæredis: nam tunc merito jure præficitur, & erit necessaria restitutio: cum *Bart. & alijs Barbosa. in dict. l. Sicut 3. num. 347. Cod. de præscriptioib. 30. vel 40. annorum Balb. de præscript. 1. part. sextæ princip. num. 34.*

56 Quæ quidem restitutio in casu proposito peti debet intra tantum tempus, quantum lapsum fuit in minori ætate, intra scilicet decennium, trimestre, vel illud, quod currit ipsi minori ex communi, de qua supra *num. 42.*

57 Si autem completa fuit præscriptio tempore maioris ætatis, quia scilicet incepit in persona defuncti, & ideo currit contra minorem, completur tamen in maiore ætate, non competit in hoc casu restitutio: *ex text. in l. 1. Cod. si adversus rem judicatam & ibi gloss. verbo judicij Barbosa. in dict. l. Sicut 3. num. 349. & 350. Cod. de præscript. cum alijs, & Balb. 1. part. sextæ princip. numer. 38.*

58 Ex quibus infertur annotatio ad ali-

aliquas leges Regias, in quibus concessio tempore certo ad agendum, vel omittitur restitutionis beneficium, vel an currat contra minores, vel intra, quod tempus implorari debeat: quæ omnia suppleri debent ex prædictis; ita ut sensus sit, quod datâ læsione, nunquam censeatur denegata restitutio ex dictis *num. 25*. Si tempus non excedat decennium, non currat contra minores ex dictis à *num. 51*. Sin vero currat, & lapsus sit, petenda erit restitutio intra tantos dies, quanti fuerint elapsi ex dictis à *num. 42*. Si tandem tempus sit ultra decennium, petenda erit restitutio intra quadriennium ex dictis *num. 53*.

59 Leges sunt [in quarum annotatione non immoror, ne ab Interdictis digrediar) *Ord. lib. 3. tit. 11. §. 5. & 6. & tit. 17. §. 5. & tit. 45. §. 10. & tit. 74. §. 5. & tit. 84. §. 9. juncto §. 4. & tit. 95. §. 3. & lib. 4. tit. 17. in fine princip. & §. 2. & §. 7. & tit. 3. §. 1. & tit. 32. §. 1. & tit. 38. in princip. & tit. 96. §. 19. juncto §. 21. & lib. 5. tit. 23. §. 2. Civiliter ex Phæb. 1. part. arest. 149.*

60 Est, & alius calus, in quo verificari possit prædicta doctrina, nempe in restitutione, quam potest petere minor ad anni lapsum, quem habet ad petendam renovationem Emphyteusis, de quo cum cæteris *Pinheyr. de Emph. disput. 7. sect. 3. num. 48.* cum alijs ex nostris novissime *Guerreyr. de divis. tract. 2. lib. 2. cap. 8. num. 108.* in quo similiter videtur solum habere annum ad petendam restitutionem ad anni lapsum postquam factus est maior: ex dictis *num. 42*.

61 Neque prædictis obstat *Ord. lib. 4. tit. 79. §. 2.* ubi quadriennium post completam ætatem conceditur minori ad petendam restitutionem; ut patet ibi: *Com tanto, que do tempo, que elle chegar a idade de vinte e cinco annos athe quatro annos cumpridos, em que fará vinte e nove annos, a peça, & impetire.*

62 Procedit enim dicta *Ord.* in spatio, & tempore triginta annorum, in

quo semper conceditur quadriennium, ut diximus supra *num. 53.* patet ex ipsa *Ord. in princip.* ibi: *Athe trinta annos, & versic. ibi: E passados os ditos trinta annos, & §. 2. ibi: O dito tempo.*

63 Quæ quidem *Ord.* cum sit conformis juri communi, ex juribus, quæ ad eandem refert *Barbos. ibi dict. §. 2.* ab eodem recipit intelligentiam, ut non procedat in præscriptionibus, quæ perficiuntur minori tempore, ex juribus, de quibus supra *num. 51.*

64 Non obstat etiam *Ord. lib. 3. tit. 41. §. 6.* ubi Legislator noster concedit quadriennium ad petendam restitutionem contra terminos processûs, quando hujusmodi termini solent esse minoris temporis, & spatij, quam decem anni ex *Ord. lib. 3. tit. 20. à num. 5. & fere per totam.*

65 Unde videbatur dicendum ex dictis, vel quod currere non debebant contra minorem, & erit superflua restitutio: vel quod si currunt, ut supponit prædicta *Ord.* dum restitutionem requirit, semper conceditur quadriennium ad restitutionem implorandam.

66 Respondetur enim, quod dicta *Ord.* procedit in casu, quo sententia jam lata fuit, & transivit in rem judicatam, ut patet in *rubro, & nigro* illius *Ord.* & quamvis minor restitutionem petat contra actus judiciales, tamen ex ipso petit rescindendam per consequens sententiam, ut patet ibidem *§. 1. versic. Aqual.* Et ideo nihil mirum, quod quadriennium habeat, cum ad rescindendam sententiam, quæ transivit in rem judicatam, maius spatium concedatur, quam decem anni, imò triginta concedantur: cum *Pinel. in l. 1. Cod. de bonis maternis part. 3. num. 50. Cardoso. in prax. verbo sententia num. 57. & pluribus alijs Augustin. Barbos. in repertorio utriusq. juris eodem verbo pag. 344. Col. 1. in fin. Alter Barbos. ad l. Sicut 3. num. 170. & 171. Cod. de præscript 30. vel. 40. annor.*

67 Unde, si minor ante sententiam pro-

prolatam, & dum pendet in iudicio processus, restitutionem petet ad aliquem terminum iudiciale, qui lapsus sit, nemo dicet quadriennium habere: imo restitutionem petere debet, saltem intra tantum terminum quantum lapsus fuit, ut diximus, & *Ord. dict. tit. 41.* non denegat.

68 Si tamen post prolatam sententi-

am, minor se dicat læsum in lapso termino decem dierum, qui datur ad appellandum ex *Ord. lib. 3. tit. 70. in princip. § tit. 79 §. 1.* & restitutionem, finita maiori ætate, illam implorare debet infra similem terminum decem dierum *Balb. de Prescript. 1. part. sextæ principalis num. 28. Glossa in l. Divus 7. §. 1. verbo restituere ff. de in integrum restitut.*

Siquid, me in scio, contra Fidem catholicam, vel contra bonos mores, vel contra veriorem juris sensum in hoc opusculo continetur, indictum Volo.

*FINIS. LAUS DEO,
Virginique Matri.*




am, minor se dicit factum in ipso termino
 decem dierum, qui datur ad appellandum
 ex Ord. lib. 3. tit. 20. in principio. Item
 de 2. l. & restitutionem, hinc maior
 etate, illam implorare debet infra simi-
 lem terminum decem dierum. De
 2. l. & rest. l. 1. §. 1. Item, l. 2. §. 1. ver-
 ba. 28. Glossa in l. 2. §. 1. ver-
 ba. restituta §. de in integrum restit.

prolatam, & cum pender in iudicio pro-
 cessu, restitucionem pater ad aliquid
 terminum pater debet factum infra
 cum terminum pater debet factum infra
 ximus, & Ord. lib. 4. non de-
 §. 1. Si tamen post prolatam sententia-

quid, me incio, contra Fidem catholicam, vel con-
 tra bonos mores, vel contra veritatem juris sanctum in hoc
 opusculo continetur, indictum Volo.

FINIS LAUS DEO.


Virgini Mariae



procurator, et deinde orator in iudicio per-
cellens, restitutoris poterit ad aliquem
sententiam appellare, qui lapsus sit, ne-
que dicitur quod dicitur habere: non re-
stituendum petere debet, sicut in tra-
ctat. de iudic. quibus lapsus sit, ver-
bando. de Ord. dist. 11. et non de-
bet.

68. Si tamen post prolatam sententiam

am, minor se dicit lapsus in iudicio, non
debet appellare, qui dicitur ad appellandum
de Ord. dist. 3. tit. 70. et per hoc de iudic.
c. 1. §. de restituendo, in fine, in
notis, ubi dicitur debet in iudicio
non verumque dicitur de iudic. dist. 11.
de iudic. 1. part. sententia principalis
de iudic. dist. 11. de iudic. 7. §. 1. et
de restituendo ff. de iudic. in iudicio.



Siquid, me inficio, contra Fidem catholicam, vel con-
tra bonos mores, vel contra veritatem juris sensum, in hoc
opusculo continetur, iudicium Volo.

*FINIS. LAUS DEO,
Virginique Matri,*





I N D E X

C O P I O S U S R E R U M,

Q U Æ I N H O C O P U S C U L O C O N T I N E N T U R.

Doctores, qui impugnantur, invenies verbo *Doctor*.

Ordinationes Regias, quæ illustrantur, verbo *Ordinatio*.

Leges juris communis, verbo *Textus*.

A

Ab intestato.



B intestato venientes cē-
sentur instituti : dubit.
23. num. 52.

Et cēsetur vocati: dubit.
25. num. 8.

Quod tamen procedit per fictionem
juris : dubit. 23. à numer. 60.
cum seq.

Absens.

Absenti etiam acquiritur sine stipu-
latione: dubit. 36. à numer. 70.
cum seq.

Absurdum.

Absurdum facit aliquando cessare
argumentum validum : dubit.
41. num. 43. & dubit. 51. nu-
mer. 28,

Absurdum vitari debet : dubit. 51.
num. 23.

*Absurdum est gratificationem dene-
gare in renovatione Emphyteusis
concedenda*: dubit. 39. n. 9.

Acquisitio.

*Acquiritur jus filiis primi tori per
secundas nuptias parentum, ut
succedant* : dubit. 16. n. 47.

*Acquisita Emphyteusis per dotem
estimatum, an dicatur empta?*
dubit. 33. n. 4. & 5.

*Acquirēti primo Emphyteuta trans-
fertur dominium tanquam procu-
ratori successorum* : dubit. 36.
num. 8. & dubit. 37. n. 9.

*Acquirit enim primus Emphyteuta
pro omnibus, pro quibus stipulā-
tus fuisse censetur* : dubit. 36.
num. 71.

*Acquisitio potest dari ex alienatione
proveniēns* : dubit. 32. n. 46.

- Acquisitionem domini aliquando suspendit lex, quæ sola id facere potest: dubit. 15. n. 71.*
Actio.
- Actio vectigalis, quæ dicatur? dub. 37. n. 13.*
- Actiones utiles competunt Emphyteutæ: dub. 37. n. 11.*
- Actio in rem competit Emphyteutæ: dub. 37. n. 13.*
- Actiones directæ competunt domino directo Emphyteusis: dubit. 37. num. 11.*
- Actionem personalem habet successor contra dominum, ut renovet Emphyteusis concessionem: dub. 37. n. 21.*
- Et si res non sit integra, solum datur actio pro interesse: dub. 37. numer. 22.*
- Actionem non habet successor Emphyteusis contra tertium, qui illius obtinuit concessionem à domino directo: dub. 37. n. 24.*
- Actio reivendicationis non competit Emphyteutæ contra tertium sine eo, quod etiam faciat citare dominum directum, qui renovationem concessit: dub. 37. n. 35.*
- In actionibus complicatis, summaria assumit naturam ordinariæ: dub. 44. n. 86.*
- Actio reivendicationis competit ei, qui dominium habet: dub. 49. n. 28.*
- Et sine dominio non competit: dub. 37. n. 32.*
- Actio reivendicationis cumulari potest cum actione spoli: dub. 44. n. 79. & dub. 46. num. 31. & dub. 47. num. 21. & dub. 48. à num. 11.*
- Actio summaria, & non ordinaria competit spoliato ex Ord. lib. 3. tit. 48. dub. 44. n. 3.*
- Actio summaria, & actio ordinaria competit ex contractu in forma Ord. lib. 3. tit. 25. dub. 44. num. 3.*
- Actionum incompatibilitas facit separandum esse processum: dub. 50. n. 12.*
- Actiones civiles durant per triginta annos: dub. 42. n. 24.*
- Actiones qui habet duas, potest redire ad aliam, relicta illa, quam primo elegerat, dub. 43. n. 41.*
- Actio depositi continet sub se spoli: dub. 51. n. 16.*
- Actio depositi, & actio spoli sunt in jure nostro equiparatæ: dub. 49. num. 30.*
- Actio depositi excludit tertium, ne impediatur restitutionem: dub. 49. num. 31.*
- In actionibus possessoriis abbreviatur termini: dub. 40. n. 45.*
- Actiones possessoriæ intentari possunt in foro rei sitæ: dub. 52. n. 16.*
- Actio summaria non admittit oppositionem cum ordinaria: dub. 49. num. 23.*
- Actio interdicti competit locatori, cui denegatur traditio: dub. 49. num. 15.*
- Actio spoli est personalis: dub. 52. num. 11.*
- Actio spoli continet speciem delicti: dub. 42. n. 10.*
- Actio spoli pertinet foro seculari: dub.*

- dub. 48. n. 61.
Sed aliquando intentari potest in foro Ecclesie: dub. 48. n. 62.
Actio vis novae, cur ita denominata? dub. 40. n. 17.
Actio vis novae intentari debet intra annum? dub. 53. n. 1. & not. verbo Annus.
Actio vis novae datur ad omne perditum, quamvis ad spoliatum non pervenisset: dub. 40. n. 29.
Actio vis novae in quo differat ab actione vis veteris? dub. 40. à num. 33. cum sequentibus.
In actione vis novae forum rei sita est competens, quamvis spoliator ibi non inveniatur: dub. 40. n. 34.
In actione vis novae proceditur summarie: dub. 40. n. 42. & dub. 43. n. 1. & 13. & 21. & dub. 48. n. 64. & dub. 53. n. 23.
Ratio autem decidendi supradictae conclusionis traditur dub. 40. à num. 44. & dub. 43. à n. 19. cum sequentibus.
Actio vis novae competit pro fructibus, qui percipi possent: dub. 40. num. 29.
Actio interdicti unde vi non datur contra tertium possessorem: dub. 40. n. 9.
In quo casu dixerunt aliqui recurrendum esse ad juris canonici remedia: dub. 40. n. 17.
Sed competit actio utilis interdicti etiam de jure civili: dub. 40. n. 18.
Actio possessoria an praescribatur simul cum petitoria: an vero indi-
geat diversa praescriptione? dub. 42. à n. 49. cum sequentibus.
Actio vis veteris quae sit? dub. 40. per tot.
Actionem vis veteris DD. nostri denominarunt expresso nomine: dub. 40. n. 1. ubi referuntur.
Cur autem ita denominata fuit? dub. 40. à n. 25. & 26.
Actionem vis veteris aliqui dixerunt reivendicationi equiparari: dub. 40. n. 3.
In actione vis veteris proceditur ordinariè: dub. 40. n. 5. & dub. 41. n. 2.
In actione vis veteris non cognoscitur de dominio: dub. 40. n. 6.
Actione vis veteris melius est agere, quam reivendicatione: dub. 40. num. 10.
Actio reivendicationis datur domino contra possessorem: dub. 40. n. 4.
Actio vis veteris, quod debeat judicari per jus canonicum, dixerunt aliqui: dub. 40. n. 11.
Etiam in iudicio seculari: dub. 40. num. 12.
Usque ad triginta annos: dub. 40. num. 13.
Actionem vis veteris in hoc Regno non esse admittendam, dixerunt alii: dub. 40. n. 20.
Actionem vis veteris comprehendere censentur aliqua leges Regni: dub. 40. n. 24.
Actio vis veteris à quo jure descendat? dub. 40. n. 28.
Actio vis veteris solum competit pro iis, quae ad spoliatorem pervenerunt:

- venerunt: dub. 40. n. 30.
- Actio vis veteris, in quo differat ab actione vis novæ? dub. 40. à n. 33. cum sequentibus.
- In actione vis veteris non respondet spoliator in foro rei sitæ, si ibi non inveniatur: dub. 40. n. 35.
- In actione vis veteris respondet Clericus coram iudice sibi competente: dub. 40. n. 41.
- Quod intellige, ut audiatur ordinariè per juris tramites: dub. 40. n. 43.
- In actione vis veteris, solum veniunt fructus percepti: dub. 40. n. 48.
- Actio vis veteris intentari potest in iudicio usque ad triginta annos: dub. 42. n. 23.
- In actione ordinaria nec iudex, nec partes possunt procedere summarè: dub. 44. n. 63.
- In actione rei-vendicationis agendum est per ordinarios juris tramites: dub. 48. n. 65.
- Actio spoliij, & actio depositi sunt in iure nostro equiparatæ: dub. 49. n. 30.
- Ergo quod dicitur de una, admitti debet de alia; dub. 49. n. 32.
- In actionibus regulariter procedendum est per terminos ordinarios: dub. 41. n. 3.
- Actum necessarium operatur Emphyteuta quando nominat: dub. 32. n. 31.
- Actus nominandi est nudum factum: dub. 36. n. 71.
- Et est actus necessarius nominatio ipsa: dub. 32. n. 31.
- Actus non est nullus, quando lex imponit aliquam pœnam: dub. 9. n. 3.
- Intellige id ipsum dict. dub. 9. n. 28.
- Actus à lege reprobatus non potest à partibus approbari: dub. 16. n. 32.
- Actus contra prohibitionem legis est nullus: dub. 36. n. 77.
- Actus pro validitate iudicandum est: dub. 8. n. 20.
- Actus est nullus, qui pervenit ad casum, à quo incipere non poterat: dub. 2. n. 15.
- Actus executionem clausulæ respicientes, non alterant naturam dispositionis: dub. 36. n. 97.
- Actus intelligitur, & regulatur à fine consequendo: dub. 44. n. 20.
- Actus individuus debet esse testamentum: not. verbo testamentum.
- Adulterij crimen præscribitur quinquennio: dub. 42. n. 12.
- Æqualitas.
- Æqualitas servari debet inter filios: dub. 15. n. 77. & 78. & dub. 32. n. 17.
- Equiparator.
- Equiparatorum eadem est ratio, & dispositio: dub. 4. n. 18. & dub. 41. n. 48. & 53. & dub. 46. n. 12. & dub. 47. n. 5. & dub. 49. n. 32.
- Æquitas.
- Æquitatem naturalem solet amplecti ius Ecclesiæ: dub. 48. n. 29. & 30.

Æquitas postulat, ut suum cuique tribuatur: dub. 49. n. 7.

Æquitate suggerente solet lex fictionem inducere: dub. 24. n. 45.

Æquitas postulat ne Emphyteusis extinguatur: dub. 24. n. 47.

Æquitas postulat, ut dominus directus gratificari possit in renovatione Emphyteusis concedenda: dub. 39. n. 7.

Æquitas Bart. inducit jus petendæ renovationis: dub. 33. n. 60. & dub. 37. n. 27. & 56.

Ex qua successor Emphyteusis habet actionem personalem contra dominum pro renovatione obtinenda: dub. 37. n. 21.

Si tamen tertio alicui dominus cōcessit Emphyteusim, tenetur ad interesse: dub. 37. n. 22.

Et cessat æquitas Bart. in hoc casu: dub. 37. n. 23.

Æquitas Bart. refrænât avaritias dominorum renovationem deneantium: dub. 37. n. 56. & 57.

Sed non est extendenda contra dominum: dub. 39. n. 8.

An admittatur solum inter filios prædicta æquitas? dub. 39. à n. 81. cum sequentibus.

Æstimatio.

Æstimatio dotis an inducat emptiorem? dub. 33. n. 4. & 5.

Æstimantur omnes vitæ Emphyteuticæ ad collationem inter filios: dub. 33. à n. 55. cum sequentibus.

Quod quidem est contra jus cōmune: dub. 33. n. 56.

Æstimatio Emphyteusis conferenda

an augeatur ex jure petendi renovationem? dub. 33. à n. 59. cum sequentibus.

Æthimologia.

Æthimogia domini utilis in materia Emphyteutica est in jure approbata: dub. 37. n. 11. & 12.

Æthimologia vis veteris, quæ sit? dub. 40. n. 25. & 26.

Affectio.

Affectio non consideratur in domino directo erga successores Emphyteusis: dub. 29. n. 16. & dub. 31. n. 7.

Affectio semper præsumitur in patre, non in extraneo: dub. 39. n. 71.

Agens.

Agens, & succumbens in via, & actione ordinaria, potest agere ex actione summaria: dub. 44. n. 40.

Agens debet venire ad iudicium omnino paratus: dub. 43. num. 43.

Agens debet probare conditionem impletam fuisse: dub. 38. n. 12.

Agere potest contra dominum directum successor ultima vitæ Emphyteuticæ: dub. 38. n. 18.

Quo casu agit habēs minus domini, contra maius habentem: dub. 38. n. 18.

Agere in iudicio Ecclesiastico est difficilius, & dispendiosius: dub. 53. n. 24.

Agens interdicto unde vi non petit lucrum, sed agit pro damno: dub. 53. n. 29.

Agens una via, quando possit ad aliam

- aliam transire?* dub. 44. à n. 45. cum sequent.
